posuerit, dicit in (a) 19. *Homilia sic: De mysticis sensibus Ezechielis Prophetæ quid dicturi sumus, qui ipsa historiæ verba vix capimus? Et Hieronymus etiam dicens, apud Hebræos nisi triginta annorum ætatem compleverit, neminem permitti ipsa legere: et in Commentario sæpè dicit, quod in ejus expositione magis opinando potest procedi, quàm sciendo, vel asserendo.*

16. Sigue dos hojas, exponiendo la vision primera, y pasada una llana en blanco, se lee este Título: *De Visione Templi. Empieza: Circa descriptionem visionis civitatis, et templi quadrati usque ad finem libri Ezechielis, et expositionem ejus, multum discordant omnes, tam Latini, quàm Hebræi ad invicem, quia valde obscure traditur in textu hujus descriptio.* Sigue diez y seis hojas exponiendo el cap. 40. y siguientes, y acaba: *Circa expositionem dictorum numerorum in speciali, et particulari nolui descendere, sed hoc aliis relinquere, quibus revelare voluerit ille, de quo dicitur Daniel. 2. Ipse revelat profunda, et abscondita, et lux cum*

eo

(a) *Homilia* 21. debe leerse.



eo est. Cui laus sit, honor, et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen. Luego inmediatamente se lee esta Rúbrica: *Explicit Postilla super Ezechielem edita à Fratre Nicolao de Lyra, et per ipsum completa cum Dei adjutorio anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo secundo, vigilia Sanctissimae Trinitatis (a).*

17. Despues de esta Postila de Lyra se halla este Epígrafe: *Incipit Praefatio in Ezechielem Prophetam. HIERONYMUS in Prologo: Ezechiel Propheta cum Joachim Rege Juda captivus ductus est in Babylonem: Forman esta Prefacion S. Gerónimo, S. Gregorio y Orígenes. Concluida, dice: Explicit Praefatio. Sigue: Incipit Expositio in Ezechielem Prophetam. cap. 1. ET FACTUM EST. GREGORIUS Homil. 2. Usus propheticæ locutionis est, ut prius personam, tempus, locumque describat, et postmodum dicere mysteria prophetiae incipiat, ut ad veri-*

ta-

(a) El Doctísimo Lyra reservó escribir este particular Comentario sobre Ezequiel para despues de haber concluido su Postilla sobre toda la Sagrada Escritura, que acabó año de 1330. Véase al mismo Postilador sobre este lugar, y la segunda observacion Cronológica, que se halla al principio del Artículo II. de esta Obra.

tatem solidiùs ostendendam antè historiæ radicem figat , et post fructus spiritus per signa , et allegorias proferat : quod Ezechiel nunc etiam observans , primò ætatem suam indicat dicens : **ET FACTUM EST:** visioni intimæ verba , quæ protulit , copulavit , incipiens sic : **ET FACTUM EST:** subjungit enim quod exteriùs loqui inchoat , ac si id foris sit , quod intus videbat. **IN TRIGESIMO ANNO. GLOSSA HIERONYMI:** Non ætatis Prophetæ , nec Jubilæi , sed à decimo octavo anno Josiæ Regis Juda , qui scilicet regnavit 31. annis , quando inventus est liber Deuteronomii in templo , usque ad quintum annum captivitatis Joachim , qui scilicet regnavit undecim annis , cognomento Jechoniæ , qui ductus est in Babylonem cum matre , et cum Daniele , ac tribus pueris , et Ezechiele , quæ est prima captivitas tribus Judæ.

18. Acaba : **HIERONYMUS** : : :  
**ET PORTÆ CIVITATIS &c.** Nostra urbs , quæ est civitas Regis magni , cujus artifex , et conditor Deus , aliam habet tribuum in terra sancta descriptionem , et mensuram , et ordinem possessionis , et plagas  
gas

gas tribuum singularum; alia verò est ordinatio juxta Numerorum librum, et descriptionem tabernaculi, quæ jubente Deo ore Moysi dictata est. **ET NOMEN CIVITATIS EX ILLA DIE, DOMINUS IBIDEM.** Nunquam recedens ab ea, sicut à priori, sed æternam habens possessionem. In qua per gratiam sanctam suam hæredes Dei, ac coheredes Christi nos faciat omnipotens, et misericors Dominus, qui in Trinitate perfecta vivit, et regnat Deus unus per infinita secula seculorum. Amen. *Explicit Expositio super Ezechielem.*

Los Expositores son: S. Gregorio, S. Gerónimo, Orígenes, la Glosa, la Historia Escolástica, S. Agustín, Brito y S. Isidoro; y á la márgen tiene muchas adiciones de Nicolao, S. Gerónimo y otros.

19. Síguese: *Incipit Præfatio in Daniele Prophetam.* **HIERONYMUS:**

*Daniel apud Hebræos litteris quidem Hebraicis, sed sermone Chaldæico est conscriptus:* Fórmanla S. Gerónimo y S. Isidoro. Sigue hasta la mitad de la coluna, y desde allí, como se nota en la márgen, empieza la Division general de este modo:

**HISTORICUS:** *Prophetans autem Daniel*

*niel*

DANIEL.

*niel in Chaldaea tempore captivitatis sub Nabuchodonosor, vidit decem visiones, quae quidem Danielis visiones dicuntur, eo quod ipse in eis aliquid viderit, vel visum ab alio explanaverit.* Sigue en la márgen de esta misma hoja el Índice de Capítulos, y concluida en la siguiente la Prefacion, que como se ha dicho, contiene tambien la Division, prosigue:


20. *Incipit Expositio super Danielelem Prophetam, cap. I. ANNO TERTIO REGNI JOACHIM REGIS JUDÆ. GLOSSA: Tertio scilicet, ex quo tributum cepit reddere; sed undecimo anno Regni sui captivatus est: prius enim jam octo annis regnaverat.* Acaba en la márgen: *NICOLAUS:: ET PORTAVIT EUM IN CAPILLO CAPITIS SUI. Hic dicitur, quod super ejus caput posuerit manum suam, licet virtus Angeli tangeret totum corpus ipsius Habacuc. Explicit Expositio super Danielelem.*

Son Expositores: la Glosa, S. Gerónimo, S. Isidoro, S. Agustin, S. Gregorio, el V. Beda, la Historia Escolástica, Nicolao y Raymundo Martini. Tiene á la márgen algunas adiciones de S. Gerónimo y Nicolao.

Con-

21. Concluida la Exposicion de Daniel, se lee: *Incipit Divisio generalis super Ezechielem. cap. 1. Visio quatuor animalium, visio rotarum*: Sigue quatro columnas, y acaba: *Et de portis civitatis, cujus nomen est, Dominus ibidem. Explicit Divisio generalis super Ezechielem*. Pero nótese, que ésta que se llama Division, es el mismo Índice de Capítulos, que está antes de la Exposicion. Con esto acaba este Tomo quinto, que tiene 207. hojas.

LIBRO  
PROFETA  
MEJORER.



TOMO VI.

1. **C**omienza en la primera columna de esta primera llana por el Índice de los Capítulos de Oseas, y sigue la Division general sobre el mismo Profeta de este modo: *Liber duodecim Prophetarum est unus liber, sicut dicit Hieronymus in Prologo.* Ocupa dos columnas, y en la tercera de esta primera hoja acaba: *Explicit Divisio.* Mas abaxo se lee en la márgen esta Nota: *Expositio magistralis super duodecim Prophetas minores, et super sacrum Apocalypsim.*

PROFETAS  
MENORES.

2. Al principio de la hoja siguiente se halla este Epígrafe: *Incipit Præfatio super duodecim Prophetas. GLOSSA super Habacuc in principio: Commentatur Hieronymus super Osee, Joel, Amos, Abdiam, et Jonam, Pamachio: super Nahum, Michæam, Sophoniam, et Aggæum, Paulæ, et Eustochio: super Habacuc, Chromatio: super Malachiam, Exuperio Tholosanæ Ecclesiæ Pontifici, et Minerio, et*  
Ale-

OT

*Alexandro Monachis : super Zachariam, Exuperio Episcopo Tholosano. Sigue dos columnas y media, y acaba : HIERONYMUS:: Secundum allegoriam materia sunt Ecclesia, et Ecclesiastici viri. Explicit Præfatio. Fórmanla S. Gerónimo y S. Agustín con la Glosa.*

3. Síguese : *Incipit Expositio super Osee. cap. I. VERBUM DOMINI, QUOD FACTUM EST. HIERONYMUS: Id est, verbum, quod in principio erat apud Patrem, factum est AD OSEE, id est, salvatorem, FILIUM BEERI, id est, putei mei, id est, Dei Patris, qui est puteus, sive fons aquæ vivæ. Acaba: QUIS SAPIENS, ET INTELLIGET ISTA? &c. HIERONYMUS: Si ipse, qui scripsit, vel difficile, vel impossibile confitetur comprehendi ejus arcana, quid nos facere possumus, qui lipipientibus oculis, et peccatorum sordibus obscuratis clarissimum jubar solis non possumus intueri, nisi dicere illud Apostoli: O altitudo divitiarum sapientiæ, et scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus? In his viis non ambulat nisi qui convertitur ad Dominum, et à quo aufertur ve-*

OSKAS.

O

la-

lumen, quod erat super faciem Moysi, nec invenire potest Christum. Quidquid secundum anagogen interpretati sumus in adventu Christi, et in conversione veri Israelis, hoc tam ad Hæreticos, et Judæos, quàm ad Gentes, et omne dogma perversum referri potest, ut cum egerint pœnitentiam, veniam consequantur. Salus autem Israelis, et reversio ad Dominum, et de captivitate redemptio, non carnaliter accipi debet, ut Judæi putant; sed spiritualiter, ut verissimè comprobatur. *Explicit Expositio super Osee.*

Los Intérpretes son: S. Gerónimo, S. Agustin, S. Gregorio, la Glosa, Haymon, Raymundo Martini y Nicolao. Tiene á la márgen algunas adiciones de Martini, Gilberto y la Glosa.

4. A la vuelta de la hoja en las márgenes se hallan el Índice de Capítulos y la Division general de Joel. Ésta empieza así: *Incipit Divisio super Joelem Prophetam.* (A la márgen NICOLAUS:) *In primo capitulo præmisso brevi proæmio, in quo notificatur Prophetæ nomen, et genus, et attentio audientium excitatur: Concludida, dice: Explicit Divisio super Joelem.*

JOEL.



lem. Luego sigue en la primera columna de esta llana: *Incipit Præfatio in Joelem. NICOLAUS: Licet Hieronymus in primo Prologo super hunc Prophetam videatur dicere, quod Joel solùm prophetavit de duabus tribubus, et nihil de decem tribubus; tamen in epistola ad Paulinum, quæ ponitur in principio Bibliæ, dicit sic: Joel describit terram duodecim tribuum eruca, brucho, locusta, rubigine vastante consumptam.* Sigue una entera columna, y se forma de solo Nicolao.

5. Comienza la Exposicion de este modo: *Incipit Expositio in Joelem Prophetam. cap. I. VERBUM DOMINI. GLOSSA: Id est, Patris, QUOD FACTUM EST, id est, locutum, sicut in Psalmo dicitur: Dominus factus est mihi in salutem.* Sigue seis hojas, y acaba: *ET MUNDABO. HIERONYMUS: Id est, vindicabo SANGUINEM EORUM, scilicet Martyrum, QUEM NON MUNDAVERAM: id est, inultum usque ad diem judicii dimiseram, sed tunc vindicabitur. Vel MUNDABO in Evangelio SANGUINEM omnium peccatorum, quem in lege priùs non mundaverat. ET vindicato sanguine hoc, DOMINUS COM-*

MORABITUR IN SION, id est, in multitudine Sanctorum, de quo in Psalmo: Fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus Sion super omnia tabernacula Jacob. NICOLAUS: Vel MUNDABO, id est, mundos esse manifestabo eos, qui propter afflictionem, quam patiebantur, immundi ab hominibus aestimabantur, nec eorum munditiam declaraveram hominibus ad sensibilia attendentibus. ET DOMINUS COMMORABITUR IN SION. Cœlesti scilicet, ubi clarè à Sanctis videbitur. *Explicit Expositio super Joel.*

Expositores son: la Glosa, S. Gerónimo, S. Gregorio, Nicolao y Boecio; y en la márgen tiene adiciones de Raymundo Martini y Rabi Salomon.

AMOS.

6. Sigue: *Divisio generalis super Amos Prophetam. In primo capitulo ponitur primò breve proemium, in quo Prophetæ describitur nomen, et genus, et prophetiæ tempus.* Acaba: *Explicit Divisio super Amos Prophetam.* Luego está el Índice de Capítulos, y despues la Prefacion, que empieza:

*Incipit Prefatio in Amos. HIERONYMUS in epistola ad Paulinum: Amos pas-*

*pastor, et rusticus, et ruborum mora distringens, paucis verbis explicari non potest.* Sigue una coluna, y se forma de tres autoridades de S. Gerónimo. Concluida, se dice: *Explicit Prefatio.*

7. Sigue: *Incipit Expositio super Amos. cap. I. VERBA AMOS, QUI FUIT IN PASTORALIBUS. GLOSSA: Locis, HIERONYMUS: Vel regionibus THECUE, hoc volumine continentur. QUÆ VIDIT SUPER ISRAEL, non oculis corporis, sed mentis intuitu, quò visu Prophetæ dicebantur Videntes. GLOSSA: Qui quod propheta- bant, per Spiritum sanctum intelligebant.*

8. Sigue once hojas, y acaba: *GLOSSA:: ET NON EVELLAM EOS ULTRA DE TERRA SUA, QUAM DEDI EIS, DICIT DOMINUS. DEUS TUUS. Id est, ita firmabo eorum radicem, ut non possint amplius evelli, vel in præsentì, vel in futuro. HIERONYMUS: Ex quo intelligimus Ecclesiam usque ad finem mundi concuti quidem persecutionibus, sed nequaquam posse subverti: tentari, non superari: hoc quidem Ecclesiæ se esse facturum Deus pollicitus est, cujus promissio lex naturæ est. NICOLAUS: Vel per civitates intelligitur status. conjuga-*

torum, in quo requiritur consensus animorum: civitas enim dicitur civium unitas. Per vineas, status Prælatorum, et Doctorum. Unde Joan. 15. Ego sum vitis, vos palmites. Per hortos, status Religiosorum, qui sunt clausi sub disciplina regulari. Isti enim status sunt instituti à tempore Apostolorum, et Discipulorum Christi. Et perceptio utilitatis, seu fructus consequentis est consecutio meriti in præsentì, et præmii in futuro. Quod nobis concedat Christus Jesus, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in sæcula sæculorum. Amen. *Explicit Expositio super Amos.*

Expositores son: S. Gerónimo, S. Gregorio, S. Isidoro, la Glosa y Nicolao; y á la márgen Raymundo Martini y Brito.

9. Síguese: *Incipit Divisio generalis super Abdiam. Abdias prophetat contra Idumæos.* Es brevísima. A ella sigue el Índice ó Sumario del Capítulo, y despues la Prefacion formada de una sola autoridad de S. Gerónimo, y empieza: *HIERONYMUS: Abdias quantò brevior, tantò profundior est.*

Lue.

10. Luego : *Incipit Expositio super Abdiam Prophetam. cap. i. VISIO ABDLÆ. HIERONYMUS : Id est , intellectus verborum , quæ sunt à Deo. Nam visio pro intellectu ponitur hîc more Prophetarum , qui quod vident , et audiunt , intelligunt : à qua visione Prophetæ , id est , Videntes dicuntur. Sigue dos hojas , y acaba : NICOLAUS:: ET ERIT DOMINO REGNUM , quia Romam caput mundi dimisit Christi Vicario. Vel aliter potest intelligi de tempore futuri judicii : ASCENDENT SALVATORES , id est , Apostoli , qui erunt Assessores Judicis ad perfectam salutem electorum , IN MONTEM SION , quia circa illum locum erit finale judicium , JUDICARE MONTEM ESAU , id est , condemnare superbiam infidelium : ET ERIT DOMINO REGNUM , quia tunc omnia perfectè subjicientur Domino Jesu Christo. Cui est honor , et gloria in secula seculorum. Amen. Explicit Expositio super Abdiam.*

Son Expositores : S. Gerónimo , la Glosa y Nicolao.

11. Sigue : *Incipit Divisio generalis super Jonam. In primo capitulo ostenditur*

JONAS.

tur *Jonæ* (a) *obedientia*, et postea ejus *pœnitentia*. Sigue media columna, y despues está el Índice de Capítulos.

Luego se lee: *Incipit Præfatio in Jonam. HIERONYMUS: Commentatoris officium est, ut quæ obscura sunt, breviter, apertèque dilucidet, ut non tam disertitudinem ostendat suam; quàm sensum ejus, quem exponit, edisserat.* Es breve, y la forma solo S. Gerónimo.

12. Despues sigue: *Incipit Expositio super Jonam. cap. 1. ET FACTUM EST VERBUM DOMINI AD JONAM FILIUM AMATHI, DICENS: GLOSSA: Ad ea, quæ in mente convolvebantur, continuatur hæc conjunctio, scilicet ET. HIERONYMUS: Tradunt Hebræi Jonam esse filium viduæ Sareptanæ, quem Elias suscitavit, ideoque dictus est filius Amathi, id est, veritatis, quia eo resuscitato, dixit mater ejus Eliæ: In hoc cognovi quòd verbum Dei in ore tuo est veritas. NICOLAUS: Non ergo Amathi est nomen patris ejus, sed est nomen appellativum, sicut etiam aliquis*

(a) *Obedientia*: Así está en el Original; pero del mismo contexto se infiere, que debe leerse *Inobedientia*.

quis dicitur filius falsitatis, vel mortis.

13. Sigue tres hojas, y acaba: *HIERONYMUS*::: Sunt qui vermem, et ventum urentem Romanos Duces intelligunt, qui post resurrectionem Christi Israel penitus deleverunt. In hedera autem hac mystica, quæ nata est sub una nocte, id est, tempore ante adventum Christi, qui lumen est mundi, et periit una nocte, quando occubuit ei Sol justitiæ, non tantum laboravit Christus, sicut pro Ninive, id est, Gentium populo, qui major est incomparabiliter, quàm populus Judæorum. Per hunc enim mortuus est, ut ille viveret: descendit ad inferos, ut ille cælos ascenderet: et hoc est quod in parabola de filio prodigo frater senior invidet juniori, id est, Israel Gentium populo, qui cum mandatum Patris non præterierit, nunquàm ei datum à Patre dicit hædum; sed frater post substantiam cum meretricibus proactam, recipit anulum, et stolam, et pollet pristina dignitate, et pro eo immolatus est vitulus saginatus, prætiosusque sanguis Christi effusus. Conatus autem nostri in expositione difficultum fovendi sunt potiùs, et orationibus

*juvandi, quàm spernendi aure malivola: quia carpere, vel detrahere vel imperiti possunt; Doctorum autem est, ut qui laborantium novere sudorem, vel lassas manum porrigere, vel errantibus iter ostendere. Explicit Expositio super Jonam Prophetam.*

Son Expositores S. Gerónimo, S. Gregorio, la Glosa y Nicolao.

14. *Incipit Divisio generalis super MICHEAS. Micheam Prophetam. In primo capitulo præmisso brevi proæmio, in quo ponitur Prophetæ nomen, et locus, ac prophetiæ tempus, et regna, quibus dirigitur prophetia: Sigue en la márgen de una y otra llana, y despues está el Índice de Capítulos tambien en la márgen. Luego la Prefacion formada de una autoridad de S. Gerónimo, y empieza: HIERONYMUS: Micheas sextus est in ordine Prophetarum duodecim, et sic quasi in corde voluminis positus, debet profunda continere mysteria. Concluida, dice: Explicit Præfatio. Luego sigue:*

15. *Incipit Expositio super Micheam. cap. 1. VERBUM DOMINI, QUOD FACTUM EST AD MICHÆAM &c. SUPER SAMARIAM,*

RIAM,



RIAM, ET JERUSALEM. HIERONY-  
 MUS: *Id est, super decem tribus, in  
 quibus caput Samaria, et Judam, cu-  
 jus caput Jerusalem est. Sigue ocho ho-  
 jas, y acaba: NICOLAUS: Vel aliter:  
 PASCE, id est, pasces, ó Deus, POPU-  
 LUM TUUM IN VIRGA TUA, eum reducen-  
 do de captivitate Babylonica: HABITAN-  
 TES SOLOS IN SALTU, id est, ex tua pro-  
 tectione poterunt securi habitare in saltu,  
 ubi habitant feræ: IN MEDIO CARMÉ-  
 LI &c. id est, in loco fertili. VIDEBUNT  
 GENTES, ut Samaritani prosperitatem eo-  
 rum, ET CONFUNDENTUR &c. AURES EO-  
 RUM SURDÆ ERUNT, id est, declinabunt  
 audire eorum prosperitatem præ invidia,  
 qua torquebuntur, sicut serpens in pulvere  
 volutatur: DOMINUM DEUM FORMIDABUNT  
 timore servili. QUIS DEUS SIMILIS TUI &c.  
 Explicit Expositio super Micheam.*

Expositores son: S. Gerónimo, S. Gre-  
 gorio, la Glosa y Nicolao. Tiene á la már-  
 gen adiciones de S. Gerónimo, Raymundo  
 Martini y Nicolao.

16. Sigue: *Incipit Divisio generalis  
 super Nahum Prophetam. In primo capi-  
 tulo præmisso brevi proemio, in quo ponitur*

NAHUM.

*in generali materia hujus prophetie, scilicet destructio Ninive: Sigue una columna, y despues se lee en la márgen el Índice de Capítulos.*

17. *Incipit Expositio super Nahum Prophetam. cap. I. ONUS NINIVE. HIERONYMUS: Est hoc, id est, pondus calamitatis, quod quidem est LIBER VISIONIS spiritualis NAHUM HELCHESI, sic dicti ab Helchesi viculo parvo Galilee, et interpretatur consolator. Sigue quatro hojas, y acaba: HIERONYMUS et GLOSSA:: O REX ASSUR, Lucifer, ad quem fit Apostropha: contritus es, destructa est Ninive civitas tua speciosa, et potens, in qua etiam Filio Dei adversabaris. PASTORES TUI, qui nutriebant populum, non in salutem, sed ut eos devorares, defecerunt. Turba populi, quae te colebat, te, et urbem tuam deserens, ad latibula montium, id est, Apostolorum confugit, et nullus est tuorum Ducum, qui turbam olim tuam ad te revocet. Plaga tua toto orbe personuit. Omnes insultant tibi, tua prius supplantatione decepti, quia vel nullus, vel rarus est, quem aliquandò non deceperis; sed ille,*

*le in quo non stat, sed transit malitia diaboli, potest ei insultare, et bonis operibus quasi directis manibus super eum concrepare. Explicat Expositio super Nahum Prophetam.*

Son Expositores S. Gerónimo, S. Gregorio, la Glosa y Nicolao.

18. *Incipit Divisio generalis super Habacuc Prophetam. In primo capitulo præmisso brevi proæmio, in quo ponitur materia prophetiæ, quæ est destructio Babylonis:* Sigue por la márgen, y en lo alto de ella está el Índice de Capítulos.

HABACUC.

19. *Incipit Expositio super Habacuc Prophetam. cap. I. ONUS, QUOD VIDIT HABACUC PROPHETA &c. HIERONYMUS: Sicut Nahum prophetat contra Nivem, et Assyrios, qui decem tribus vastaverunt: sic Habacuc contra Babylonem, et Chaldaeos, à quibus Judas, et Jerusalem, templumque subversa sunt. GLOSSA: Habacuc in principio sui voluminis describit diabolum cum membris suis; in fine verò prænuntiat adventum, passionemque Domini Salvatoris.*

20. Sigue seis hojas, y acaba: *EGO AUTEM IN DOMINO GAUDEBO. HIERONY-*  
*NY-*

*NYMUS, et GLOSSA: Dicit Prophe-  
ta in persona credentium: ET EXULTABO IN  
DEO JESU MEO. DEUS DOMINUS FORTI-  
TUDO MEA. Non aliud aliquid est virtus  
mihi, nisi Christus, et legis justitias quasi  
quisquiliis (a) reputando. ET PONET PEDES  
MEOS QUASI CERVORUM, qui est sublimis  
cornibus, findens unguulam, ruminans, et  
odore serpentes fugans. ET SUPER EX-  
CELSA MEA, id est, ad cœlestia, DEDU-  
CET ME VICTOR, Christus, qui primus in  
agone vicit, IN PSALMIS CANENTEM, sci-  
licet victoriam ejus, ac triumphum, et  
trophæum crucis. Explicit Expositio su-  
per Habacuc.*

Son Expositores S. Gerónimo, S. Gre-  
gorio, la Glosa y Nicolao, y á la már-  
gen Raymundo Martini.

21. *Incipit Divisio generalis super  
Sophoniam Prophetam. In primo capitu-  
lo præmisso brevi proæmio, ubi ostendi-  
tur Prophete nomen, status, genus, et  
tempus:* Sigue por la márgen de abaxo, y  
en la de arriba está el Índice de Capítulos.

(a) *Reputabo* juzgamos que debe leerse: véase á S. Ge-  
rónimo y la Glosa.

22. *Incipit Expositio super Sophoniam Prophetam. cap. i. VERBUM DOMINI, QUOD FACTUM EST AD SOPHONIAM. HIERONYMUS: Qui interpretatur specula, vel arcanum. In specula enim iste Propheta, et in sublimibus constitutus, et sciens mysteria Domini erat: FILIUM CHUSI, qui interpretatur humilitas, GODOLLÆ, qui interpretatur magnitudo Domini, (a) AMASLÆ, qui interpretatur sermo Domini, EZÉCHLÆ, qui interpretatur fortitudo Domini. NICOLAUS: Qui quidem omnes fuerunt Prophetae, licet non habeantur eorum prophetiae. Et sic Sophonias fuit non solum Propheta, sed etiam de genere prophetalis. Sigue quatro hojas, y acaba: GLOSSA: : : DABO ENIM VOS IN NOMEN, ET IN LAUDEM OMNIBUS POPULIS TERRÆ, CUM CONVERTERO in patriam CAPTIVITATEM VESTRAM, qui in mundo miseris, et vinculis carnis tenebamini, CORAM OCULIS VESTRIS spiritalibus, et carnalibus, non dubio, non spe, sed in re, Dicit DOMINUS. Explicit Expositio super Sophoniam.*

EX

(a) *Amarie* se escribe en la Vulgata.

Expositores son : S. Gerónimo, S. Gregorio, la Glosa y Nicolao.

AGEO.

23. *Incipit Divisio generalis super Aggæum. In primo capitulo præmisso brevi proæmio, in quo ponitur tempus prophetiæ suæ, et nomen Prophetæ, et eorum, quibus prophetavit: Concludida, sigue el Índice de Capítulos, y despues: Incipit Expositio super Aggæum Prophetam. HIERONYMUS: Omnia, quæ in textu hujus prophetiæ continentur: Esto se halla en la márgen de arriba: en el texto empieza así: ( despues de lo dicho, que parece Prefacion) IN ANNO SECUNDO DARIÏ GLOSSA: Filii (a) Hytapsis. NICOLAUS: Secundum Josephum; sed filius Assueri secundum Rabbi Salomon. Sigue tres hojas, y acaba: NICOLAUS:: ET PONAM TE QUASI SIGNACULUM, id est, signum fœderis inter genus humanum, et Deum, sicut Lucæ 2. dicitur: Ecce positus est hic in ruinam &c. et in signum cui contradicetur, à Sacerdotibus scilicet, et Scribis, QUIA ELEGI TE ad opus redemptionis humane, DICIT DOMINUS EXERCITUUM. Expli-*

(a) *Hystaspis* lee la Glosa. no edicion de la Glosa.

*plicit Expositio super Aggeum Prophetam.*

Expositores son : S. Gerónimo , S. Gregorio , la Glosa y Nicolao.

24. Entre las dos últimas hojas de la Exposicion del Profeta Ageo , está una que contiene la Division general y el Indice de Capítulos de Zacarías. La Division empieza : *Incipit Divisio generalis super Zachariam Prophetam. In primo capitulo præmisso brevi prologo , in quo ponitur prophetiæ tempus , et Prophetæ nomen , ac genus* : Sigue tres colunas , y despues está el Indice de Capítulos.

ZACARIAS.

25. *Incipit Expositio super Zachariam Prophetam. cap. I. IN MENSE OCTAVO. HIERONYMUS* : (a) *Abdo , ipse est Ananias Propheta , qui missus fuit à Domino in Samariam ad Jeroboam , sub quo altare dirutum est : et manus ejus aruit , sed post ad ipsius præces restituta est. Qui etiam deceptus à Pseudopropheta comedit contra præceptum Domini , et revertens interfectus ob hoc à leone fuit. NICOLAUS* : *Si hoc verum est,*

(a) *Addo* debe leerse segun la Vulgata y Padres.

Q

est, Abdo non potuit esse avus Zachariae, cum maximum temporis fluxerit intermedium. Posset enim dici Zacharias ejus filius, sicut Christus dicitur filius David, quia de ejus genere descendit; tamen quia non est consuetudo quòd Prophetæ sic genealogizentur à remotis, et si Ananias ille fuerit vocatus Abdo, quod non invenitur clarè in textu, videtur esse alius ab Abdo avo Zachariae.

26. Sigue diez y nueve hojas, y acaba: NICOLAUS::: Communitèr autem tres partes hujus capituli exponuntur aliter. Ab illo enim loco: ET REVERTETUR OMNIS TERRA, usque ibi: SED SEDEBIT JERUSALEM SECURA inclusive, exponitur de præmio beatorum post judicium. Et quod subditur: ET ERIT OMNIS PLAGA (a), exponitur de supplicio reproborum. Et quod subditur: ET OMNES, QUI RELIQUI &c. usque ad finem capituli, exponunt de profectu Ecclesie post mortem Christi, ita quòd illud quod dicitur: IN DIE ILLA ERIT QUOD SUPER FRÆNUM &c. Exponunt de tempore Constantini, in quo fuit multum Ec-

(a) Et hæc erit plaga se lee en la Vulgata.



*Ecclesia dilatata. AMBROSIUS in libro de obitu Theodosii: Constantini temporibus impletum est illud propheticum: IN ILLA DIE ERIT QUOD SUPER FRÆNUM &c. Quæsiuit enim Helena mater ejus clavos Christi, et invenit: de uno fieri frænum præcepit, de altero diadema texuit. Utroque usus est Constantinus, et fidem misit ad posteros Reges, per quam fierent æterni Regis consortes. Ad quod nos Christus Jesus Rex Regum perducatur, qui cum Patre, et Spiritu sancto per cuncta sæcula regnat. Amen. Explicit Expositio super Zachariam Prophetam.*

Son Expositores S. Gerónimo, S. Ambrosio, S. Gregorio, la Glosa y Nicolao. Tiene adiciones marginales de S. Isidoro, Nicolao y Raymundo Martini.

27. Síguese: *Incipit Divisio generalis super Malachiam Prophetam. In primo capitulo præmissa brevi præfatione, in qua ostenditur prophetiæ officium sibi impositum, et nomen populi, et nomen suum.* Sigue por la márgen de abaxo, y en lo alto de ella está el Índice de Capítulos. Luego sigue: *Incipit Expositio super Malachiam Prophetam. cap. I. ONUS VERBI*

MALACHIAS.

**DOMINI. HIERONYMUS, et GLOSSA:** *Ex quo grave aliquid ostenditur, sed aliquid consolationis habet, quia non dicitur contra Israel, sed ad Israel, in ad enim pars amicitiae, in contra confessio aperta inimicitiarum est: hinc Judas, et Benjamin Israel vocatur, quia decem Tribus captivatis, duae Tribus Israel appellantur.*

28. Sigue quatro hojas, y acaba: **REGORIUS Moral. II.** *Reducet igitur corda (a) fidelium ad Patres eorum, quia doctrina Senum, quae nunc à Judaeorum corde ablata est, tunc miserante Deo redibit, quando hoc de Domino intelligere ceperint filii, quod praedicaverunt Patres. NE FORTE VENIAM. HIERONYMUS, et GLOSSA: Judicaturus, ET PERCUTIAM, non caelum, nec in eo conversantes, sed TERRAM, id est, terrena opera facientes, ANATHEMATE, separando oves ab haedis. Judaei dicunt ante (b) Elimmenon suum, vel Christum, quem expectant, Eliam esse venturum, et restitutum omnia. NICOLAUS:*

(a) *Filiorum* se lee en S. Gregorio.

(b) *Elcimmenos* ó *Elcimmenon* debe leerse, segun el Dictionario de Calmet en su Dictionario V. *Messias.*

*LAUS: Elias cum Henoch ad hoc reser-  
vantur in vitam, ut prædicent contra An-  
tichristi perfidiam, et incredulos, qui tunc  
erunt, reducent ad fidem Christi, in quem  
crediderunt Patres antiqui: et sic illi Pa-  
tres diligent filios, et è converso in cha-  
ritate Christi. NE FORTE VENIAM. In He-  
bræo non habetur FORTE: et cum poni-  
tur hîc, non ponitur propter incertitudi-  
nem, sed propter incertitudinem determi-  
nati temporis, ut habetur Actuum I.  
ET PERCUTIAM TERRAM, id est, habitan-  
tes in terra generalitèr, ANATHEMATE,  
id est, separatione perpetua ab ea, quia  
nullus homo habitabit terram ultra; sed  
damnatis in inferno reclusis, electi erunt in  
cœlesti patria. Ad quam nos perducatur Je-  
sus Christus Dei Filius, qui cum Patre,  
et Spiritu sancto vivit, et regnat in sæ-  
cula seculorum. Amen. Explicit Expositio  
super Malachiam Prophetam. Ex-  
plicit Expositio super librum duodecim Pro-  
phetarum.*

Los Expositores de Malachías son: S.  
Gerónimo, S. Gregorio, la Glosa y  
Nicolao; y en la márgen Raymundo  
Martini.

Des-

APOCALYPSIS.

29. Despues de la Exposicion de los doce Profetas Menores, sigue la del Apocalypsis de S. Juan, que empieza con este Epígrafe: *Principium super librum Apocalypsis. CONVERSUS VIDI SEPTEM CANDELABRA AUREA, ET IN MEDIO SEPTEM CANDELABRORUM AUREORUM SIMILEM FILIO HOMINIS. Apocalypsis 1. Describitur híc libri Apocalypsis quadruplex causa, in cujuslibet libri principio inquirenda, scilicet, efficiens, et originalis: materialis: formalis: finalis.* Sigue dos columnas, y acaba de este modo: *Visio maxima quoad omnem excellentiam est visio patriæ. Ad quam nos perducatur &c. Explicit Principium.*

Concluido este Prólogo, sigue el Índice de Capítulos en dos columnas y media, y acaba así: *In fine ponitur Joannis contestatio. Explicit.* Luego sigue este Título de letra encarnada.

30. *Epistola ad Joannem Toletanum Archiepiscopum super expositione Apocalypsis.*

*Reverendissimo in Christo Patri, Domino Joanni Dei gratia Archiepiscopo To-*

Toletano Fr. p. Ordinis Minorum ejus humilis filius, et devotus, superatis præsentis vitæ procellis, ad portum patriæ pervenire cælestis. Apocalypsim Joannis Apostoli, Jesu Christi Regis, ac Magistri cunctorum dilecti discipuli, brevi, et compendioso sermone expositam, Beatissime Pater, vobis Regis Aragonum filio, ejusdemque Apostoli vocabulum sortito, ex devotione qua, prout teneor, erga Beatitudinis vestræ celsitudinem feror, mitto. Et ne propter Auctoris, vel potius Collectoris humilem statum, et infimum gradum despecta vobis appareat, nomina Doctorum authenticorum, atque sublimium, ex quorum dictis est hæc ipsa Expositio compilata, in locis singulis annotavi: hoc protestans, quòd nihil de meo apposui; sed ubicumque nomen alicujus Doctorum ipsorum est inscriptum, totum est ejusdem dictum, quod sequitur, quousque nomen alterius apponatur. Expositorum autem ordinarii Apocalypsis, quos induco, sunt hi: Hieronymus, Augustinus, Beda, Haymo, Autopertus (a), Helinandus,

(a) Este Autoperto es el célebre Benedictino Ambrosio Ans-

*duc , Glossator Ordinarius , et Ricardus. Cum igitur horum , vel aliorum nomina absolute sine alia additione inscribuntur , intelligi datur dicta illa de eorum expositione ordinaria fore sumpta. Quando vero de aliis libris , aut tractatibus hinc posita assumuntur , liber ille , vel tractatus cum Auctoris nomine consignatur. Quia vero visiones Danielis in multis sunt conformes visionibus Apocalypsis , ideo post Apocalypsis expositionem , conatus sum etiam hinc aliqualem expositionem annexere Danielis. Et quia scio animam vestram Christo ab infantia desponsatam ad suaves Sponsi amplexus ferventiùs anhelare , idcirco mitto simul cum his exposita breviter Cantica Canticorum , in quibus devota anima sancto , ferventique amore Christum diligens , dulces Sponsi attentus,*

Ansberto , á quien otros llaman Autperto y Autberto , que floreció , no por los años de 890. , como por error escriben Tritemio , Tirino y otros ; sino por los de 768. , como consta del mismo Autor , que en una Nota que puso al fin de su Comentario sobre el Apocalypsis , ofrecido al Papa Esteban IV. , y dado á luz la primera vez en Colonia año de 1536. , expresamente afirma , que le acabó en tiempo del Sumo Pontifice Paulo I. , y del Rey de los Longobardos Desiderio. Véase tambien á Fabricio *t. 1. lib. 1. pag. mihi 82.*

tus, si se, ut condecet, disposuerit, poterit aliquantulum experiri. In istis duabus ultimis expositionibus observandum est per omnia, quod in prima. Quod ergo in his tribus Opusculis ad honorem sanctæ Trinitatis à mea parvitate cum multo labore, et studio Dei auxiliante gratia editis, reppereritis bene dictum, attribuetis bonorum omnium largitori. Quod verò inconditè, aut inconvenientè dictum inveneritis, indulgendo imperitiæ meæ, si placeat, paterna auctoritate, et fraterna charitate, prout condecet, corrigetis. Valere in se semper vos faciat Dominus, reveletque mentis vestræ oculos, ut valeatis semper de lege sua mirabilia cogitare. Amen.

*Explicit Epistola Auctoris, seu Collectoris.*

31. Despues de esta Carta dedicatoria, se lee este Epígrafe: *Incipit Præfatio in Expositionem libri Apocalypsis Joannis Apostoli. RICARDUS: Apocalypsis liber in fine totius sacræ Scripturæ, quæ in Canone continetur, positus, quasi cacumen, et finalis summitas esse videtur arboris ab infinis ad summa consurgentis.* Sigue

R

sie-

siete columnas, y acaba: *AUGUSTINUS*  
 20. de *Civitate Dei*: *In hoc Apocalypsis*  
*libro obscure multa dicuntur, ut mentem*  
*legentis exerceant, et pauca in eo sunt,*  
*ex quorum manifestatione indagentur cæ-*  
*tera cum labore, maxime quia sic eadem*  
*multis modis repetit, ut alia, atque alia*  
*dicere videatur, cum aliter, atque aliter*  
*hæc ipsa dicere investigetur. Explicit Præ-*  
*fatio.* Forman esta Prefacion Ricardo, la  
 Glosa, S. Gerónimo, el V. Beda, S. Agus-  
 tin y Autoperto.

32. Síguese: *Incipit Expositio libri*  
*Apocalypsis. RICARDUS: Ad decla-*  
*rationem ergo operis titulum præponit.*  
*GLOSSA: In quo auditores præparat*  
*benevolos, et attentos, dicens: cap. 1.*  
*APOCALYPSIS. id est, revelatio: scilicet hæc*  
*est. JESU CHRISTI. AUGUSTINUS Hom.*  
 3. *super Canonicam primam Joannis: Joan-*  
*nes est nomen proprii vocabuli, sed Chris-*  
*tus nomen Sacramenti, quomodo si dica-*  
*tur Propheta, vel Sacerdos: unde Chris-*  
*ti dicebantur, qui ungebantur in Reges,*  
*vel Sacerdotes. QUAM DEDIT ILLI. GLOS-*  
*SA: Secundum hominem Deus Pater, et*  
*Verbum sibi conjunctum, et Spiritus sanc-*  
 tus.



*tus. PALAM FACERE, id est, ad palam faciendum verbo, et exemplo, SERVIS SUIS. RICARDUS: Non superbis Philosophis, non Judæis incredulis, non immundis Christianis. Canibus enim, id est, contra fidem latrantibus, eamque persequentibus, et porcis, id est, Christianis se ipsos vitiis sordidantibus sacra mysteria sunt celanda: illis propter cæcam nequitiam: istis propter vitam pollutam; sed servis Dei sunt reseranda, quia et quæ dicuntur, patienter audiunt, et audita devotè faciunt. Sicut enim gravis est culpa sacra mysteria revelare reprobis, ita gravis culpa est hæc abscondere ab electis.*

33. Sigue esta preciosa Exposicion quarenta hojas, y acaba: *RICARDUS in Epilogo:: Ultimò commendat librum, et confirmat auctoritate triplici, scilicet Angeli, sui, et Christi, et post excommunicat corruptores libri, et secundum morem scribentium sicut in principio libri his, quibus scribit, salutem optat: ita etiam in fine libri illis eam exorat: quam etiam omnibus benivolus, nemini offensus ostendatur. Quam salutem in æternum nobis per suam clementiam exhibeat Salvator noster Chris-*

*tus Jesus Dei Filius , qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit , et regnat in sæcula sæculorum. Amen. Explicit Expositio super Apocalypsis ex Doctorum authenticorum dictis compilata.*

Los Expositores son los mismos que señaló nuestro Sábio Escritor en la Dedicatoria , á los que de nuevo añade á S. Gregorio y S. Isidoro.

34. Concluida la Exposicion , á la vuelta de la hoja se lee este Título : *Incipit Expositio brevis , vel Divisio libri Apocalypsis. In libro Apocalypsis Joannes intendit unam conclusionem , scilicet aperire decursum totius Ecclesie quantum ad prosperitates , et adversitates notabiles , que debebant illi contingere à sui fundatione usque in finem.* Sigue ocho columnas , y acaba : *In sexta , et ultima visione describit Joannes statum mundi post judicium , et gloriam bonorum : et in hac visione omnes concordant communiter. Et sic terminatur Apocalypsis in libri hujus auctoritate , et immutabilitate.*

35. Despues de estas últimas palabras , con que finaliza esta Division , sigue el Padre Poncio , y da su censura acerca de ella

en esta forma: *Hæc quidem Expositio multa pulchra, et utilia continet: de qua, ut verbis utar Augustini in lib. de verbis Domini sermon. 22. loquentis de expositione quadam parabola de decem Virginibus, nil temerè audeo judicare, ne fortè non ejus inconvenientia mihi angustiam fecerit, sed mea tarditas in eam convenientiam non venerit. Videtur tamen aliquibus, quod prædicta Expositio multum sit in pluribus extorta, nec Expositioni Sanctorum, et Doctorum authenticorum consona, nec ab universitate Ecclesiæ approbata. Ideoque ea intermissa, prælegi sequi, et ponere hanc Expositionem de dictis Sanctorum, et Doctorum antiquorum, et ex Glossis Ordinariis collectam, ac communiter approbatam, quam etiam reputo veraciter litteralem: ipsiusque totius libri Apocalypsis Divisio patere potest ex Bedæ, et Ricardi, ac aliorum Doctorum dictis supra positis in eadem (a).*

Lue-

(a) Esta Exposicion, que censura en nombre de otros el Padre Poncio, es del célebre Cardenal Pedro Aureolo en su Compendio Escriturario, del qual tenemos en la citada Libreria de Toledo dos copias antiquísimas manuscritas en pergamino, y una de ellas escrita año de 1345., como se dice

ce

Luego sigue el Tratado de las Edades del Mundo, que empieza con este Epígrafe tambien de letra encarnada: *De Mundi Ætatibus, et Tentationibus, et de Antichristo.*

*Ecce summam perstringendo descripsi tempora primæ ætatis, quæ secundum Augustinum lib. de Civitate Dei in fine, est ab Adam usque Noe: et secundæ, quæ est à Noe usque ad Abraham: et tertie, quæ est ab Abraham usque ad David: et quartæ, quæ est à David usque ad transmigracionem Babylonis: et quintæ, quæ est à transmigracione Babylonis usque ad Christi carnalem nativitatem: et sextæ usque ad presentem annum; quæ sexta ætas à Christi quidem carnali nativitate incepta, nullo est generationum nu-*

ce en una Nota puesta al fin del Códice. Hállanse asimismo en dicha Librería los Quodlibetos del referido Autor tambien en pergamino. Están estas Obras *sub litt. Y. num. 67. 70. y 109.* Y todas ellas con el nombre expreso de Pedro Aureolo, Minorita, escrito de letra encarnada; lo que bastaba para convencer de error en esta parte á Oudin y Fabricio, que contra el testimonio de todos los Bibliógrafos atribuyen estas Obras á otro Pedro Aureolo, distinto del Franciscano. Véase á Wadingo *de Scriptoribus Ordinis Minorum pag. 276.*, y al erudito Autor de la Biblioteca Franciscana en su tomo 2. *pág. 434. y siguientes.*

numero metienda, propter illud quod dictum est: Non est vestrum scire tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Cujus nunc est annus millesimus trecentessimus trigesimus quintus, Pontificatus autem Domini Benedicti Papæ XII. anno primo: à creatione verò mundi juxta minorem numerum, quinquies millesimus ducentessimus; secundum verò majorem numerum ex antiqua translatione sumptum, annus præsens existit ab initio sæculi sextus millesimus quadringentesimus. Porro septima ætas:::

Tiene este Tratado de las Edades del Mundo y del Antechristo tres hojas, está dividido en siete Capítulos, y concluye de este modo: *AUGUSTINUS::: In judicio igitur illo non indiget testibus, sed convincet Dominus sine ulla sermonis perplexitate ipsas conscientias, dabitque malis perpetuum supplicium, electis verò æternæ beatitudinis præmium. Quod nobis concedat Dominus Jesus Christus, Judex omnium, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat per infinita secula sæculorum. Amen. Explicit.*

37. Sigue luego la Crónica del Mun-

do


do y de la Iglesia, que empieza así: *Lucæ 3. et in Genesi, et Paralipomenon. Adam vixit 930. annis. Seth filius ejus vixit 912. annis::* Llega con la autoridad de Josefo hasta Christo nuestro Señor, y acaba de este modo: *Regni autem hujus Herodis 30. anno, et Octaviani Augusti 42. natus est Christus.*

Despues se lee este Título: *Ex Chronica Romanorum. Ab hoc autem Octaviano:* Sigue la serie de los Emperadores, y concluye así: *Ludovicus de Bavaria fuit electus, sed non coronatus ab Ecclesia, immò anathematizatus.*

Pasada una llana en blanco, á la hoja siguiente se lee: *Ex Chronica Pontificum Romanorum. Post Christum igitur verum Regem, ac Summum Pontificem, Petrus Apostolus sedit in Pontificali Cathedra in partibus orientis primò annis quatuor: post Antiochiam veniens, annis septem: deinde Romam veniens, annis 25. mensibus 6. diebus 8::* Sigue la serie de los Papas, y concluye de este modo: *Joannes XXII. natione Caturcensis, annis XVIII. (a) mens. Benedictus XII. natione Vasco, annis 6.* En

(a) Mensibus 4. Véase á Raynaldo y Berti.

En la márgen de abaxo de esta llana hay una Nota de letra pequeña y tan obscura, que apénas se percibe, y dice así: *Secundum istum numerum fuerunt 204. quia post istum ultimum híc positum fuit Clemens, et post Clementem fuit iste Innocentius, qui nunc est.* El nombre *Innocentius* está en lo alto de la Nota añáddo, y de letra azul, porque en su lugar escribiéron otra cosa, y la borráron. Mas abaxo de esta Nota se lee esta otra también de letra antigua: *Híc deficit ejus magna Epistola.* Con lo qual acaba este Tomo sexto.



S

TO

TOMO VII.

SANTOS  
EVANGELIOS.

1. **A**l principio de este Tomo se halla una hoja, que contiene la Prefacion de Nicolao de Lyra sobre los Evangelios. Empieza: *QUATUOR FACIES UNI: Ezechiel. 1. Secundum quod scribit Gregorius super Ezechielem, prima parte, Homilia tertia, quia per faciem unusquisque cognoscitur, rectè per faciem notitia designatur: lex autem, seu doctrina Evangelica:: Acaba: Hic in presenti inchoativè per gratiam, et in futuro per gloriam, que est gratia consumata. Quam nobis concedat Deus. Amen.* Estas últimas palabras son del Colector, todo lo demas es, como se ha dicho, del célebre Nicolao de Lyra.

2. Concluida esta Prefacion, sigue una hoja en blanco, y en la siguiente en lo alto de la márgen se lee este Título: *Prefatio*: señalando al parecer el lugar de la Dedicatoria, que sirve de Prefacion ó Prólogo á esta Obra. Empieza por la Division general de los quatro Evangelios en esta forma: *Ad sacrorum Evangeliorum*  
fa-



*faciliorem intelligentiam præmittenda est ipsorum materia, et divisio generalis. Tota igitur doctrina Evangelica dividitur in quatuor Evangelia, secundum quòd sunt quatuor Evangelistæ testificantes de Domino Jesu: quatuor in genere: Mattheus enim intendit principalitèr declarare hominem illum, qui dicitur Jesus, fuisse Christum, seu Messiam in lege, et Prophetis promissum::: Sigue nueve columnas y acaba: Et hunc modum probandi per Scripturas Hebraicas Dominum Jesum esse verum Messiam, decuit Mattheum servare, cum esset Hebræus, et in Hebraica lingua conscripserit, et fratribus, qui crediderant ex Hebræis emisit. Explicit Divisio generalis Evangelii secundum Matheum.*

3. Sigue se: Incipit Divisio generalis super Marcum. Marcus in Evangelio suo intendit manifestare, et probare istum hominem, qui dicitur Jesus, fuisse virtuosissimum, ac potentissimum Dominum, et Regem omnium: Sigue dos columnas, y acaba: In vigesima parte ostendit virtutem, et potestatem ejus extendi ad aperiendum Cælum, et ad sedendum super

*glorie solium ad dexteram Dei Patris et hoc usque ad finem Evangelii. Explicit Divisio generalis Evangelii secundum Marcum.*

4. Sigue : *Incipit Divisio generalis super Lucam. Lucas in Evangelio suo intendit principaliter declarare hominem illum, qui dictus est Jesus, fuisse Salvatorem hominum, et Medicum animarum:::* Sigue seis columnas y media, y acaba: *Quòd sic oportuit pati Christum, et resurgere à mortuis, et predicare in nomine ejus remissionem peccatorum in omnibus Gentibus &c. Explicit Divisio generalis Evangelii Lucæ.*

5. Sigue : *Incipit Divisio generalis Evangelii secundum Joannem. Joannes in Evangelio intendit manifestare, et probare, quòd ille homo, qui dictus est Jesus, fuit Filius Dei, et verus Deus:::* Sigue seis columnas y media, y concluye: *ET SCIMUS QUIA VERUM EST TESTIMONIUM EJUS: tanquam autentici, certissimi, et veridici Notarii publici. Explicit Divisio generalis Evangelii Joannis.*

6. Despues de las Divisiones generales de los quatro Evangelios, sigue el Índice de

de Capítulos de S. Mateo , y concluido , á la hoja siguiente en lo alto de la márgen se lee este Título : *Præfatio* : y seguido : *Pontius Cavocoli (a) super quatuor Evangelia*. Luego empieza la Dedicatoria de este modo :

*Reverendo in Christo Patri, ac Domino Domino Joanni, Dei gratia sanctæ Alexandrinæ Sedis Patriarchæ, et Administratori Ecclesiæ Tarraconæ, Frat. p. Ordinis Fratrum Minorum per despectum terrestrium, et amorem cœlestium æternitatis gloriam adipisci. Inter omnia, ac super omnia, quæ debent Christianæ menti esse infixæ, præcipua sunt vita, et doctrina Salvatoris. Quæ quidem pulchrè explicat Discipulus ille, qui ea vidit, audivit, et scripsit, scilicet beatus Joannes dicens in Apocalypsi: VIDI ANGELUM VOLANTEM PER MEDIUM CŒLUM, HABENTEM EVANGELIUM ÆTERNUM, UT EVANGELIZARET SEDENTIBUS SUPER TERRAM. Christus enim Dominus noster est*

(a) *Carbonelli* debe leerse , porque así le nombran todos los Escritores.

est magni consilii Angelus, ut in Isaia secundum LXX. scribitur, et in Ecclesia decantatur. Qui quidem volavit per medium Cœli, id est, Ecclesie, conversando scilicet vita Cœlica, et ab omni terrestreitate elevata: habuitque Evangelium æternum, id est, in æternum perdurans, et ad æterna perducens in sua anima beatifica, et evangelizavit omnibus prædicatione publica, et mirifica. Ut verò id ipsum, quod factum, et verbo evangelizavit pro salute omnium, sincerum, et inviolatum ad omnes pertingere posset, dans voci suæ vocem virtutis, conscribi illud inspiravit à quatuor Evangelistis, de toto mundo electis, juxta quatuor mundi climata distinctum in quatuor Evangelia, tanquam quatuor flumina terram irrigantia: quibus evangelizantibus dedit verbum virtute multa ipse Dominus Rex virtutum, in tantum quòd omnibus Evangeliiis scriptis à quibuscumque aliis decidentibus, hæc sola ab his quatuor scripta, Divina, et Ecclesiastica auctoritate fulta, immobilia, et solida in perpetuum perseverant. Hæc autem Sacrosancta quatuor Evangelia à quam pluribus sacris

Doc-

Doctoribus copiosissimè sunt exposita, et  
 luculentissimè declarata, de quorum Ex-  
 positionibus cum grandi labore, et studio  
 aliqua, ut brevius potui, excerpsti, et in  
 unum collegi, ut à me, et mei similibus  
 citius, et facilius possit sacrorum Evan-  
 geliorum intentio apprehendi. Et quia Mat-  
 thæus primus est in ordine, in ipso ut plu-  
 rimum exposui, non solum dicta ab eo,  
 sed etiam illa, quæ de eadem materia à  
 tribus aliis sunt conscripta, ut veritas  
 ipsa in unum congregata manifestius le-  
 genti se offerat, et non oporteat per di-  
 versa loca discurrendo perquirere, nec ea-  
 dem frequentiùs replicare. Quia verò sæ-  
 pè diversi Doctores dicta Evangelica eo-  
 dem modo, et eisdem verbis exponunt, ver-  
 bi gratia, quod dicit Hieronymus super  
 unum Evangelium, sæpè dicit Beda su-  
 per aliud: et similiter quod dicit Chry-  
 sostomus, sæpè dicit Theophylactus, et  
 sic de aliis; ideo causa brevitatis posui  
 in margine, idem dicit talis, vel talis,  
 ne haberem eadem iterare. Hoc ergo Opus-  
 culum vestræ Paternitati transmitto, et  
 correctioni submitto: humiliter supplicans,  
 ut Vos, qui tanquam Scriba doctus in Reg-

no Cœlorum super Cathedram beati Evangelistæ Marci sedetis, ad Dei honorem, et eorum, qui hoc legere voluerint, utilitatem, Patriarchali auctoritate, quod in ipso corrigendum decreveritis, piè corrigatis; et quod approbandum judicaveritis, benevolè approbetis.

7. Después de esta Dedicatoria se lee este Título: *Incipit Præfatio super Mattheum.* Empieza: *Inter omnes humanas Scripturas sacra Scriptura præcellit antiquitate, auctoritate, utilitate. Sed inter omnes sacras Scripturas sanctum Evangelium præcellit.* AUGUSTINUS contra Faustum: *Dicitur autem Evangelium bonus nuntius, vel bona annuntiatio, quod quidem cum aliquid annuntiatur, semper dici potest; propriè tamen hoc vocabulum retinuit annuntiatio Salvatoris.* CHRYSOSTOMUS in Homilia: *Quid enim his bonis nuntiatis fiat æquale? Deus in terra, homo in Cœlo, amicitia Dei ad nostram facta naturam, prolixum solutum prælium, diabolus confusus, mors soluta, paradisus apertus, et hæc omnia supra dignitatem nostram, et cum facilitate nobis data sunt: non quia laboravimus, sed quia*

quia

quia à Deo dilecti sumus. **HIERONYMUS**: Cum verò plures fuerint, qui Evangelia scripserunt, tamen Ecclesia, quæ supra petram voce Domini fundata est, quatuor flumina paradisi instar eructans, quatuor anulos, et angulos (a) habens, per quos quasi arca Testamenti, et custos legis Domini lignis (b) mobilibus vehitur. **AUGUSTINUS** de Consensu Evangelistarum: Juxta quòd quatuor sunt partes orbis terræ, per cujus universitatem Christi Ecclesia dilatatur. **GLOSSA**: Et sunt quasi quatuor rotæ in quadriga Domini, quæ vehit eum per prædicationem Evangelii, quorum prædicatione genus humanum quadrifida morte peremptum erat vivificandum. **BEDA** super Marcum: Sed cum sint quatuor Evangelistæ, non tam quatuor Evangelia, quàm unum quatuor librorum veritati consonum ediderunt. Sicut enim duo versus eandem prorsus habentes materiam, pro diversitate metri, et verborum duo sunt,  
et

(a) *Habet* debe leerse: Véase al mismo S. Gerónimo en la Prefacion sobre S. Mateo.

(b) *Mobilibus*: Así leyó tambien Santo Tomas en su Cate-na aurea; pero en S. Gerónimo se escribe *Immobilibus*.

et tamen non nisi unam continent sententiam: sic Evangelistarum libri cum sint quatuor, unum continent Evangelium, quia unam doctrinam faciunt de Fide Catholica. **HIERONYMUS**: Quatuor ergo Evangelia unum sunt, et unum quatuor. **CHRYSOSTOMUS** in Homilia: Sufficiebat autem ut unus Evangelista omnia diceret: sed cum quatuor ab uno ore omnia loquuntur, non secundum eadem tempora, neque in eisdem locis convenientes, et ad invicem colloquentes, maxima (a) fuit demonstratio veritatis. Et hoc ipsum quod in aliquibus modicis dissonare videntur, maximum signum veritatis est. Si enim per omnia consonarent, crederent inimici, quod ex placito quodam humano convenientes scripserunt, quod scripserunt. In principalibus quidem, quæ pertinent ad informationem vitæ, et prædicationem Fidei, nequaquam dissonant, nec in parvo. Si autem in miraculis hic quidem hæc, ille verò illa dixit, hoc te non conturbet: si enim unus omnia dixisset, superfluus esset numerus reliquorum; si omnes diver-

(a) Fit se lee en el Crisóstomo.



sa, nequaquam consonantiæ demonstratio appareret. Si autem de temporibus, vel modis differentèr annuntiant, hoc nihil impedit eorum, quæ dicta sunt, veritatem, ut infra ostendetur. Sigue esta Prefacion seis columnas, y la forman S. Agustin, S. Juan Crisóstomo, S. Gerónimo, el V. Beda, la Glosa, S. Isidoro y Remigio. Concluida, se dice: *Explicit Præfatio.*

8. Sigue: *Incipit Expositio super Evangelium Matthæi. LIBER GENERATIONIS. GLOSSA: Subaudis hic est, sicut est mos in multis Scripturæ locis, ut Visio Isaie, subaudis hæc est. HIERONYMUS: Quia verò facie hominis Matthæus signatur, quasi de homine exorsus est scribere. RABANUS: Quo exordio satis ostendit generationem Christi secundum carnem se suscepisse narrandam. GLOSSA: Quæ licèt ex magna parte sit inenarrabilis, non tamen tota, sicut Divina, quia etsi dicitur Filius à Patre genitus; tamen qualiter, nec Apostolus, nec Prophetas novit, nec Angelus. Et licèt parvam libri particulam teneat hæc generatio, dixit: LIBER GENERATIONIS. Consuetudo enim Hebræorum est ut voluminibus*

ex eorum principiis imponantur nomina,  
ut est Genesis.

9. Concluye: **DOCENTES SERVARE OMNIA, QUÆCUMQUE MANDAVI VOBIS. RABANUS:** Quia sicut corpus sine spiritu mortuum est: ita fides sine operibus mortua est. **CHRYSOSTOMUS:** Quia verò eis magna injunxerat, erigens eorum sensus, subdit: **ET ECCE EGO, qui omnia facio levia, VOBISCUM SUM, in forma scilicet, qua equalis sum Patri, licet redierit ad eum, qui miserat eum per humanitatem, USQUE AD CONSUMMATIONEM SÆCULI.** Finitum pro infinito ponitur hîc. Nam qui in presenti sæculo manet cum electis, eos protegendo: manebit post finem sæculi, eos remunerando. **CHRYSOSTOMUS:** Non enim cum illis solùm dixit se futurum esse, sed etiam cum omnibus, qui post illos credunt: nam Apostoli non erant mansuri usque ad consummationem sæculi; sed sicut uno corpori fidelibus omnibus loquitur. **RABANUS:** Qui quidem usque ad finem sæculi non sunt de mundo defuturi, existentes divina mansionem, et inhabitationem digni. **HIERONYMUS:** Qui ergo usque ad consummationem

*sæculi cum discipulis se esse promittit, et illos ostendit semper esse victuros, et se nunquam à credentibus recessurum. LEO PAPA in Sermone Paschæ: Qui enim ascendit in Cælos, non deserit adoptatos, et ipse deorsùm confortat ad patientiam, qui sursùm invitat ad gloriam. Ad quam nos perducatur ipse Christus Rex gloriæ. Amen.*

Son Expositores la Glosa, S. Gerónimo, Rabano, S. Juan Crisóstomo, Remigio, S. Ambrosio, S. Agustin, S. Leon, S. Hilario, S. Gregorio Papa, S. Fulgencio, Eusebio Cesariense, el V. Beda, Teofilato, Josefo Hebreo, Orígenes, S. Basilio, S. Cirilo, S. Cipriano, Tito Bostrense, S. Bernardo, Ricardo, S. Máximo, Casiano, S. Isidoro, S. Juan Damasceno, S. Gregorio Niseno, el Expositor Griego, Haymon, S. Dionisio Areopagíta, S. Atanasio, Severiano, Isidoro Pelusiota, Severino Boecio, Casiodoro, Hugo, Genadio, Alcuino, Ciceron, Inocencio III. Papa y (a) Juan Obis-

(a) Este Autor que se alega sobre el Capítulo 9. de S. Mateo, así en la Catena del P. Poncio, como en la de Santo Tomas con el nombre de *Juan Obispo*, es S. Juan Crisós-

Obispo. Tiene á la márgen adiciones de S. Agustin , Beda , S. Gerónimo , S. Leon; S. Gregorio , S. Bernardo , el Crisóstomo, el Damasceno , Rabano y Nicolao.

10. SÍGUESE el Índice de Capítulos de S. MARCOS. Márcos, y despues este Título: *Incipit Pro-*

*logus in Expositionem secundum Marcum. GLOSSA: Marcus primus Evangelium scripsit in Gentibus. EUSEBIUS in Ecclesiastica Historia: Cum enim Romanæ Urbi clarum verbi Dei lumen fuisset exortum, sermo veritatis, et lucis, qui per Petrum prædicabatur, universorum mentes placido illustravit auditu: ita ut quotidie audientibus eis nulla unquam satietas fieret: unde nec auditio sola eis sufficiebat; sed Marcum discipulum ejus omnibus precibus exorant, ut ea, quæ ille verbo prædicabat, ad perpetuam eorum commonitionem habendam scripturæ traderet,*

sóstomo, á quien algunos Códices antiguos hacian Autor de aquella Homilia. En varias ediciones antiguas se atribuye á S. Pedro Crisólogo, y en nombre de este Santo Doctor se halla tambien en el Breviario Romano, en la Dominica 18. despues de Pentecostes; pero en la novísima y excelente edicion de las Obras de S. Máximo, Obispo de Turin, hecha en Roma año de 1784. se adjudica á este Santo Padre, y es la 108. en el orden de sus Homilias. Véase la Nota marginal del erudito Editor puesta al pie de la citada Homilia,

ret, quo domi, forisque in hujuscemodi verbi meditationibus permanerent, nec prius ab (a) obsequendo desistunt, quam quæ oraverant, impetrarent. Et hæc fuit causa scribendi Evangelium secundum Marcum. Petrus verò, ut per Spiritum sanctum religioso se comperit furto spoliatum, delectatus est, fidem eorum per hoc, devotionemque considerans: factumque confirmavit, et in perpetuum legendam scripturam Ecclesiis tradidit. **HIERONYMUS:** Marcus ergo Evangelista sicut cervus ad fontes aquarum desiderans, saltus in planis, et arduis dat, et velut apis melliflua flores summatim degustat; quem penè intactum majores nostri prætereunt, quia penè eadem, quæ Matthæus, narrat, licèt quibusdam distinctis sit testimoniis. **CHRYSOSTOMUS:** Compendiosam autem, ac brevem narrationem Marcus facit, in quo magistrum imitatus est, scilicet Petrum brevitati studentem. Ocupa este Prólogo poco mas de una coluna, y le for-

(a) *Obsequendo*: Así parece que se escribe en el Original; pero en la Catena aurea de Santo Tomas y en el mismo Eusebio lib. 2. cap. 13. se escribe con mas propiedad *Obsecrando*.

forman Eusebio, la Glosa, S. Gerónimo, S. Juan Crisóstomo, Remigio y S. Isidoro. Acaba: *Explicit Prologus.*

I I. Sigue: *Incipit Expositio super Marcum. INITIUM EVANGELII JESU CHRISTI FILII DEI. HILARIUS: Veri, et proprii, origine, non adoptione, veritate, non nuncupatione, nativitate, non creatione, est hoc scilicet, vel Joannes. SICUT SCRIPTUM EST IN ISAIA PROPHETA: ECCE EGO. GLOSSA: Dicit Pater loquens ad Filium de Joanne: MITTO ANGELUM MEUM. BEDA: Scilicet Joannem, qui Angelus fuit non naturæ societate, sed officii dignitate; Angelus enim Latine nuntius dicitur, et Joannes fuit homo missus á Deo. THEOPHYLACTUS: Sed et Angelus dicitur propter vitam Angelicam, et reverentiam excelsam.*

I 2. Acaba: *ASSUMPTUS EST IN COELUM. GREGORIUS in Homilia: Æthereum scilicet, nam Elias quidem in cœlum aëreum, quod quidem terræ proximum est, sublevatus est, ut in secreta quadam regione terræ repente duceretur, ubi in magna jam carnis, et spiritus quiete viveret, quousque in fine mundi mortis de-*  
bi-

bitum solvat. Elias quoque in curru legitur ascendisse, tanquam indigens adiutorio alieno, ut existens purus homo. Christus non curru, non Angelis legitur sublevatus, quia qui fecerat omnia, sua super omnia virtute ferebatur. **ET SEDET A DEXTRIS DEI.** Tanquam nunc omnia iudicans, et in fine omnium Iudex venturus: licet ergo Stephanus sicut in laboris certamine positus stantem eum viderit, quem adiutorem habuit; tamen Marcus post assumptionem eum sedere describit, quia post assumptionis gloriam Iudex in fine apparebit. Sedere enim iudicantis est: stare verò pugnantis, vel adjuvantis. **AUGUSTINUS** de Simbolo: *Dexteram autem intelligimus potestatem, quam accepit ille homo à Deo, ut veniat iudicaturus, qui primò venerat iudicandus. Sedere autem dicitur habitare. Sic ergo habitat Christus in dextera Dei Patris, quia Deus est, et habitat in beatitudine, quæ dextera Patris vocatur. Ibi enim omnis dextera est, quia nulla est ibi miseria. **ILLI AUTEM PERFECTI PRÆDICAVERUNT UBIQUE, DOMINO COOPERANTE, ET SERMONEM CONFIRMANTE SEQUEN-***

TIBUS SIGNIS. Præceptum quippè obedientia, obedientiam verò signa secuta sunt. DAMASCENUS (a) lib. 3. In universam terram Evangelium Dei cognitionis prædicatum est, non bellis, et armis, et exercitibus adversarios devincens; sed pauci, nudi, pauperes, illitterati, persecuti, verberati, mortificati crucifixum in carne, et mortuum: : prædicantes, sapientibus, et potentibus prævaluerunt. Sequebatur enim eos omnipotens crucifixi virtus. Delúbra, et templa idolorum destruuntur, Dei cognitio plantatur, Trinitas unus Deus verus conditor universorum Dominus veneratur, virtutes construuntur, resurrectionis spes per Christi resurrectionem donata est. Horrent quondam subjectos homines demones. Et quod demùm est mirabile, quoniam per crucem, et passiones, et mortem hæc omnia directa sunt. Mors quondam terribilissima vincitur, et antequam vita, horribilis mors quondam odibilis eligitur. Hæ Christi præsentia directiones sunt, et virtutis ejus cognitiones, qui nos à tyrannide diaboli redemit,

et

(a) Lib. 4. debe leerse.



et per obedientiam, et humilitatem adversus tyrannum luctari erudit. Omnem humanitatem ex corruptione mortis, et amaro tyranno peccato eruit, non violentia du-  
cens ad virtutem, non terræ suffodiens, et igni comburens, et lapidari jubens peccatores, ut per Moysen; sed mansuetudine, et longanimitate hominibus suadens eligere virtutem, et laboribus etiam pro ea exercitari, et delectari. **BEDA:** Marcus Evangelista Evangelium suum quanto inchoavit tardiùs, tantò in longinquo-  
ra tempora scribendo porrexit. Ab initio autem Evangelicæ prædicationis, quod à Joanne Baptista factum est, narrando cœpit, et ad illud usque tempus pervenit, quo Apostoli idem Evangelii verbum per totum orbem seminaverunt. Neque enim de nativitate ipsius Domini, aut Præcurso-  
ris ejus, neque de infantia, ut Lucas, neque de pueritia cujuslibet eorum aliqua commemoravit, neque de divinitate Salvato-  
ris aliqua scripsit, sicut Joannes, excepto, quòd in capite Evangelii Christum Fi-  
lium Dei nominat. Qui Deus benedictus cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in sæcula sæculorum. Amen. Ex-

*plicit Expositio super Marcum.*

Los Expositores son: S. Hilario, la Glosa, el V. Beda, Teofilato, S. Gerónimo, S. Agustin, S. Juan Crisóstomo, S. Gregorio Papa, S. Cirilo Alexandrino, S. Atanasio, S. Ambrosio, S. Juan Damasceno, Casiodoro y Ricardo. Tiene á la márgen algunas adiciones de S. Gregorio y Nicolao.

13. Sigue luego el Índice de Capítulos  
 S. LUCAS. de S. Lucas, y despues este Título: *Incipit Prefatio in Expositionem super Lucam. EUSEBIUS in Ecclesiastica Historia: Lucas genere quidem Antiochenus, arte Medicus, secundum hanc medicinam, quam ex Apostolorum vel societate, vel traditione susceperat, duos nobis medicinales libros, quibus non corpora sed animæ curarentur, explicuit. GRÆCUS EXPOSITOR: Cum enim esset bonæ indolis, et capacitatis strenuæ, et Græcorum scientiam consecutus est; Grammaticam siquidem, atque Poesim adeptus perfectè, Rhetoricam autem, et persuadendi leporem assecutus ad plenum, neque Philosophie muneribus caruit; denique et Medicinam adquiret. Naturæ velocitate satis de humana gustaverat sapientia, ad altiora con-*

volat : accelerat igitur ad Judeam , et  
 verbotenus Christum adit. Cumque veri-  
 tatem agnosceret , verus efficitur Christi  
 Discipulus , plurimum cum Magistro com-  
 moratus. EUSEBIUS in Ecclesiastica  
 Historia : Tradunt enim , quòd Evange-  
 lium suum ex ore Pauli descripsit , sicut  
 et Marcus , quæ ex ore Petri fuerant præ-  
 dicata , conscripsit. CHRYSOSTOMUS  
 super Matthæum : Uterque autem eorum  
 Magistrum imitatus est : hic quidem Pau-  
 lum super flumina fluentem ; ille verò Pe-  
 trum breviliquio studentem. AUGUSTI-  
 NUS de Consensu Evangelistarum. Eo au-  
 tem tempore scripserunt , quo non solùm ab  
 Ecclesia Christi , verum etiam ab ipsis adhuc  
 in carne manentibus Apostolis probari me-  
 ruerunt. HIERONYMUS : Sermo autem  
 Lucæ tam in Evangelio , quàm in Actibus  
 Apostolorum concisior est , et sæculari redo-  
 let eloquentia. AMBROSIUS : Nam licet di-  
 divina Scriptura mundanæ evacuet sapientiæ  
 disciplinam , quòd majore verborum ambitu ,  
 quàm rerum ratione subnixa sit ; tamen si quis  
 in Scripturis divinis etiam illa , quæ imitan-  
 da illi putant , querat , inveniet. Sanctus  
 enim

*enim Lucas velut quendam historicum ordinem (a), et plura nobis gestorum Domini miracula revelavit; ita tamen, ut omnes sapientie virtutes Evangelii ipsius complecteretur historia. Docet enim naturalia, moralia, et rationalia. Significatur autem in vitulo, qui Sacerdotalis est victima. Unde hic liber Evangelii bene vitulo congruit, quia à Sacerdotibus inchoavit, et consummavit in vitulo, qui omnium peccata suscipiens, pro totius mundi vita est immolatus; quam immolationem Lucas stylo quidem pleniori diffudit. Tiene esta Prefacion casi coluna y media, y la forman Eusebio, el Expositor Griego, S. Juan Crisóstomo, S. Agustín y S. Ambrosio. Acaba: *Explicit Prefatio.**

14. Sigue: *Incipit Prologus in Lucam. QUONIAM QUIDEM MULTI. BEDA: Non tam numerositate, quam heresum diversitate, qui non sancti Spiritus munere donati, sed vacuo labore conati magis ordinarunt narrationem, quam texuerint veritatem, ut Basilides, et Appelles, qui sub nomine quorundam Aposto-*  
lo-

(a) *Tenuit* debe añadirse en este lugar para el perfecto sentido del período. Véase al mismo S. Ambrosio en la Prefacion sobre S. Lucas.

*lorum scripserunt falsa.* Sigue una entera coluna , y se forma del V. Beda , la Glosa , S. Ambrosio , Orígenes , el Crisóstomo y S. Gerónimo. Acaba : *Explicit Prologus.*

15. Sigue : *Incipit Expositio super Lucam. FUIT IN DIEBUS HERODIS. BEDA: Alienigenæ. REGIS JUDÆÆ. Ex quo enim Patres ex Egipto exierunt , suæ gentis Judicibus usque ad Samuelem , ac deinde Regibus usque ad transmigrationem Babylonæ regebantur. Post reditum verò de Babylone , per Pontifices rerum summa gerebatur usque ad Hyrcanum Regem simul , et Pontificem. Quo ab Herode interempto , Judææ Regnum ipsi Herodi alienigenæ jussu Augusti Cesaris tribuitur gubernandum. Cujus XXXI. anno , qui mittendus erat , Christus scilicet , advenit juxta prophetiam , qua à Jacob Patriarcha prædictum fuerat , quia non deficiet Princeps de Juda , nec Dux de femore ejus , donec veniat , qui mittendus est. SACERDOS QUIDAM NOMINE ZACHARIAS. AMBROSIUS: Docet nos Scriptura divina in his , quos commendare volumus , non solùm mores , sed etiam parentes oportet-*

tere laudari, ut quasi hereditario jure puritatem habere videantur hi, quos laudare intendimus. Non solum igitur à parentibus, sed à majoribus sancti Joannis nobilitas propagatur, non sæculari potestate sublimis, sed religionis successione venerabilis. Plena igitur est laudatio, quæ genus, mores, officium, factum, judicium comprehendit.

16. Acaba: *BEDA*: Nota, quòd Lucas designatur per vitulum, cujus victima, qui in Sacerdotium eligebantur, initiari sunt jussi, eo quòd ipse Sacerdotium Christi cæteris ampliùs exponendum suscepit, et Evangelium, quod à ministerio templi per Sacerdotium Zachariæ cœpit, in templi devotione complevit, et Apostolos ibi ministros novi Sacerdotii futuros, non in victimarum sanguine, sed in laude Dei, et benedictione (a) complevit, ut in loco orationis inter laudum devotiones promissum Spiritus sancti adventum paratis cordibus expectent. *THEOPHILACTUS*: Quos nos imitantes, in sacra vita semper degamus, laudantes, et benedicentes Deum.

(a) Concluserit se lee en Beda.

*Deum. AUGUSTINUS super Psalmo: Ut ad beatam vitam sic perveniamus, ubi semper benedicturi Deum sumus, et laudaturi. Quò nos perducatur ipse Dei Filius, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat Deus per infinita sæcula sæculorum. Amen. Explicit Expositio super Evangelium Lucae.*

Son Expositores Beda, S. Ambrosio, la Glosa, S. Juan Crisóstomo, Teofilato, S. Agustín, S. Atanasio, Orígenes, el Expositor Griego, S. Gregorio Papa, S. Basilio, S. Gregorio Niseno, S. Gregorio Nizianceno, Tito Bostrense, S. Cirilo, S. Gerónimo, S. Máximo, S. Epifanio, S. Bernardo, S. Hilario, S. Leon, Eusebio y Ricardo. Tiene á la margen adiciones de S. Ambrosio, S. Gregorio Papa, S. Agustín, S. Bernardo, S. Gregorio Niseno, S. Cirilo, Ricardo, la Glosa y Nicolao.

17. Sigue: *Incipit Prologus in Expositionem Evangelii Joannis. ALCUINUS: Cum omnibus divine Scripturae paginis Evangelium excellat, quia quod lex, et Propheta futurum prædixerunt, hoc completum dicit Evangelium; inter ipsos Evangeliorum Scriptores Joannes eminent in di-*

S. JUAN.

vinorum mysteriorum profunditate, qui à tempore Dominicæ Ascensionis per annos sexaginta quinque verbum Dei absque adminiculo scribendi usque ad ultima Domitiani tempora prædicavit; sed post ejus mortem regressus de exilio Ephesum, compulsus ab Episcopis Asiæ de coæterna Patri divinitate scripsit adversus Hereticos, qui Christum ante Mariam fuisse negabant. Unde meritò volanti Aquilæ comparatur, quæ volat altiùs cunctis avibus, et Solis radios irreverberatis aspicit luminibus. AUGUSTINUS de Consensu Evangelistarum: Tribus namque aliis Evangelistis circa temporalia Domini facta versatis, Joannes facta Domini multò pauciora interpretavit; dicta verò ejus, præsertim quæ Trinitatis unitatem, et vitæ æternæ felicitatem insinuant, diligentius, et uberiùs conscripsit: aliisque Evangelistis maxime occupatis in his, quæ Christus in carne operatus est, et in præceptis moralis vitæ, quæ carnem portantibus tradidit, tanquam animalia super terram gradientia, in quibus signati sunt; Joannes super nubila infirmitatis humanæ velut Aquila volans, lucem incommutabilis

ve-



*veritatis acutissimis, atque firmissimis cordis oculis intuetur. Ipsam enim maxime divinitatem Domini, qua Patri est equalis, intendit, eamque precipue suo Evangelio, quantum inter homines sufficere credidit, commendare curavit.* Ocupa este Prólogo una entera coluna, y le forman Alcuino, S. Agustin y S. Gerónimo. Acaba: *Explicit Prologus.* Entre esta hoja y la siguiente está el Índice de Capítulos.

18. Sigue: *Incipit Expositio. IN PRINCIPIO ERAT &c. CHRYSOSTOMUS: Omnibus aliis Evangelistis ab incarnatione incipientibus; Joannes transcendens conceptionem, nativitatem, educationem, augmentationem, mox nobis de aeterna generatione narrat, dicens: IN PRINCIPIO ERAT VERBUM. AUGUSTINUS 15. de Trinitate: Verbum in intellectu dicitur non solum antequam sonet, sed etiam antequam sonorum imagines cogitatione volvantur. Cum enim quod scimus loquimur, necesse est ut ex ipsa scientia, quam memoria tenemus, nascatur verbum, quod ejusmodi sit omnino, cujusmodi est illa scientia, de qua nascitur. Formata quippe cogitatio ab ea re quam scimus, verbum est, quod in*

corde dicimus, quod nec græcum est, nec latinum, nec linguæ alicujus; sed cum id opus est in eorum, quibus loquimur, proferre notitiam, aliquod signum quo significetur assumitur: proinde verbum quod foris sonat, signum est verbi quod intus lucet, cui magis verbi competit nomen. Nam illud quod profertur carnis ore, vox verbi est, verbumque et ipsum dicitur propter illud à quo, ut foris appareret, sumptum est. AUGUSTINUS 83. quæst. Quod autem Græcè logos dicitur, rationem, et verbum significat; sed hoc loco meliùs verbum interpretamur, ut significetur non solum ad Patrem respectus, sed ad illa etiam, quæ per Verbum facta sunt operativa potentia. Ratio enim, etsi nihil per illam fiat, rectè dicitur ratio.

19. Acaba: CHRYSOSTOMUS: Non autem sine causa Evangelista recolat illam accubationem, sed ut ostendat quantum Petrus habebat fiduciam post negationem. Qui enim in cæna non audebat interrogare, sed Joanni interrogationem commisit, huic et præpositura fratrum commissa est, et non solum non committit alteri interrogare quæ ad ipsum pertinent; sed

sed de reliquo ipse pro aliis Magistrum interrogat. Quia igitur magna ei prædixerat Dominus, et orbem terrarum commiserat, et martyrium prænuntiaverat, et amorem protestatus fuerat ampliorem, volens et Joannem communicatorem accipere, dixit: **HIC AUTEM QUID?** quasi diceret: Nonne eadem nobiscum veniet via? Valdè enim Joannem amabat Petrus, et per Evangelium eorum ostenditur colligatio, et in Actibus. Sic ergo nunc vicem Petrus reddit Joanni; æstimans enim eum velle interrogare de seipso, et non audere, ipse pro eo suscipit interrogationem. Quia verò debebant orbis terrarum procurationem accipere, nec oportebat de reliquo sibi invicem esse conjunctos, quod esset damnum orbi terrarum; propterea Dominus dicit secundum litteram Græcam: **SIC EUM VOLO MANERE DONEC VENIAM, QUID AD TE TU ME SEQUERE.** quasi diceret: Opus tibi commissum attende, et perfice: hunc verò si voluero hîc manere, quid ad te? **THEOPHILACTUS:** Quod verò dicitur: Dum venero; sic quidam intellexerunt: Quousque contra Judæos, qui me crucifixerunt, veniam, percutiens illos baculo Romanorum.

*rum. Ajunt enim Joannem usque ad Vespasiani tempus, cum Jerusalem capienda erat, in locis illis conversatum. Vel dicit: Dum venero, hoc est, dum hunc volens dirigam ad prædicandum, te namque nunc dirigo ad orbis Pontificatum, et in hoc sequere me; ipse verò maneat hîc, donec eum educam, sicut te. CHRYSOSTOMUS: Quia verò ex multa certitudine scripsit Joannes, non refutat testimonium sui ipsius in medium ferre. Unde dicit: HIC EST DISCIPULUS ILLE, QUI TESTIMONIUM PERHIBET DE HIS. Consuetudo enim est, cum valdè vera dicimus, nostrum testimonium non denegare, et multò magis ille, qui Spiritu sancto scribebat. ET SCRIPSIT HÆC. Christo monente, cujus frequenter etiam ostendit ad se amorem, per hoc occultè insinuans causam, ex qua ad scribendum processit, et fide dignum faciens hunc sermonem ex sua dignitate. ET SCIMUS, QUIA VERUM EST TESTIMONIUM EJUS. Omnibus enim aderat, et non cum crucifigeretur defuit, et Mater ei commissa est, quæ sunt signa amoris, et quòd cum certitudine sciat omnia. Et si aliqui non credant; inducuntur ad credendum ex hoc quod subditur:*


SUNT

SUNT ET ALIA MULTA, QUÆ FECIT JESUS. Unde manifestum est, quod nequaquam scripsi, ut gratiam Christo præstarem, cum tot existentibus, non scripserim quod cæteri; sed horum plura reliqui, convitia, et contumelias in medium proponens. Cum verò quis ad gloriam alterius scribit, oportet è contrario ea, quæ sunt exprobrabilia, occultare; quæ verò sunt clara, proponere. QUÆ SI SCRIBANTUR PER SINGULA, NEC IPSUM ARBITROR MUNDUM CAPE-RE (a) EOS, QUI SCRIBENDI SUNT LIBROS. AUGUSTINUS: Non spatio locorum credendum est mundum capere non posse, sed capacitate legentium comprehendere non posse, quamvis salva rerum fide, plerumque verba excedere videantur fidem, quod non fit quando aliquid quod erat obscurum, vel dubium exponitur, sed quando id quod apertum est, vel augetur, vel extenuatur, nec tamen à tramite significandæ veritatis erratur, quoniam sic verba rem quæ indicatur excedunt, ut voluntas loquentis, nec fallentis appareat: hunc loquendi modum Græco sermone hyperbolem vocant, qui modus  
si-

(a) POSSE debe añadirse en este lugar.

*sicut in hoc loco, ita in nonnullis aliis divinis litteris invenitur. CHRYSOSTOMUS: Vel hoc referendum est ad virtutem ejus, qui faciebat; sicut enim nobis facile est loqui, ita et illi multò facilius facere quæ volebat. Quia ipse est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen. Explicet Expositio Evangelii secundum Joannem.*

Expositores son: S. Juan Crisóstomo, S. Agustin, la Glosa, S. Basilio, S. Hilario, Teofilato, Orígenes, Beda, Alcuino, S. Gregorio Papa, Eusebio, Haymon, S. Gerónimo, Ricardo, Rabano, Didimo y S. Bernardo. Tiene á la márgen adiciones de S. Juan Damasceno, S. Agustin, S. Anselmo, S. Gregorio, S. Ambrosio, Beda, la Historia Escolástica y Nicolao.



TOMO VIII.

I. **E**mpieza este Tomo con este Título: *Incipit Principium super Epistolas, et super Canonicas. ACCITIS SCRIBIS, ET LIBRARIIS REGIS TEMPORE TERTII MENSIS, QUI DICITUR SIBAN, SCRIPTÆ SUNT EPISTOLÆ, UT MARDOCHÆUS VOLUERAT, AD JUDÆOS: IPSÆQUE EPISTOLÆ REGIS ANNULO OBSIGNATÆ SUNT. Doctrinæ epistolaris tam Apostolicæ, quàm Canonicæ excellentia describitur in his verbis: Siguedos columnas y media, y acaba: Ex causa finali habet summam utilitatem. Ordinatur enim ad virtutes assequendas in via, quibus utilius nihil est in via, ut dicitur Sap. 8. et ad dotes perennes in patria obtinendas. Quas nobis conferat ipse Dei Filius Dominus Jesus Christus, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat Deus per infinita sæculorum sæcula.* EPISTOLAS  
DE S. PABLO  
Y CANONICAS.

2. Al fin de este Prólogo se hace llamada á la márgen de abaxo, donde se lee este Título; *Divisio Aureoli. Pars sacræ*

Y Scrip-

*Scripturæ epistolaris, et destinativa in librorum quaternario continetur: Sigue esta Division por la márgen veinte y seis líneas, y acaba: Et sunt in universo quatuordecim, quia scripsit duas ad Corinthios, duas ad Thessalonicenses, duas ad Timotheum, quæ additis octo sunt quatuordecim.*

3. Concluida esta Division de Aureo-  
lo, síguese: *Incipit Divisio generalis super Epistolas Pauli. Liber, seu volumen Epistolarum dividitur secundum tres linguas principales, quibus scribit, scilicet latinis, et hæc continet unam Epistolam ad Romanos, qui præminebant aliis in potentia Imperii, et Monarchiæ. Sigue poco mas de una columna, y al principio de la segunda hoja acaba: Romanis autem scribit pro Gentilium, et Judæorum conversorum inter se dissidentium concordia, et humiliatione.*

4. Síguese: *Divisio generalis ad Romanos. In Epistola igitur ad Romanos: Sigue tres columnas, y concluida, dice: Explicit Divisio generalis Epistolæ ad Romanos. Luego sigue el Índice de Capítulos, y despues este Título: Incipit Præ-*  
fa-



*fatio super Epistolas Pauli Apostoli. AMBROSIIUS: Sicut in veteri Testamento post legis Mosaycæ eruditionem, ubi cultura divinæ mandata continebantur, prophetica doctrina fuit necessaria, quæ redi-  
va populi peccata suppliciorum denuntiatione compesceret, atque eundem populum bonorum promissionibus ad obediendum, ac serviendum Deo viventi commoneret: ita in novo Testamento post Evangelium, in quo Christianæ Religionis ordo, et perfectæ sanctitatis doctrina traditur, Epistolarum Pauli, et aliorum perutilis est doctrina secuta; ut Ecclesiam Dei contra hæreticas præmuniret pravitates, et suborientia vitia reseccaret, et postfuturas questiones excluderet. GLOSSA: Scripsit autem Apostolus quatuordecim Epistolas: Si-  
gue una entera coluna, y al principio de la siguiente acaba: *Explicit Præfatio.* Fórmanla S. Ambrosio, la Glosa, Casiodoro y Haymon.*

5. Síguese: *Incipit Expositio super Epistolam ad Romanos. PAULUS SERVUS JESU CHRISTI &c. GLOSSA: Usque ibi, OMNIBUS, QUI SUNT ROMÆ, pendet littera, ut perficiatur sententia; et subintel-*

ÉPISTOLA  
AD ROMA-  
NOS.

ligitur: mandat, vel scribit. **HIERONYMUS**: **PAULUS** à primo spolio, quod sanctæ Ecclesiæ contulit, scilicet à Paulo Sergio Proconsule, quem apud Cyprum convertit, hoc nomen sibi imposuit. Acaba despues de treinta hojas: **AUGUSTINUS** contra Maximinum: Vel **CUI**, id est, Deo Patri, vel Trinitati sit **HONOR**, ET **GLORIA** PER **JESUM CHRISTUM**, CUI est **HONOR** à nobis, ET **GLORIA** in se. Quod autem additur: **CUI GLORIA**, cum sufficeret **EI GLORIA**, inusitata linguæ nostræ locutio est, non sensus ambiguus. Per Christum verò est gloria Patri, id est, clara cum laude ejus notitia, quia per eum innotuit hominibus Deus Trinitas, quod est mysterium tacitum ab æternis temporibus, quod per Christum revelatum est. Qui cum eodem Patre, et Spiritu sancto in Trinitate perfecta vivit, et regnat unus Deus per omnia secula seculorum. Amen. *Explicit Expositio Epistolæ ad Romanos:*

Los Expositores son: la Glosa, S. Gerónimo, Haymon, Orígenes, S. Agustin, el V. Beda, S. Ambrosio, S. Gregorio, Remigio y S. Fulgencio. Tiene á la márgen adiciones de S. Gregorio y S. Anselmo.

Lue

6. Luego sigue: *Incipit Divisio generalis in Epistolam I. ad Corinthios. In primo capitulo præmissa salutatione, et pro bonis eis collatis gratiarum actione:*

EPISTOLA I.  
AD CORIN-  
THIOS.

Sigue cinco columnas, y concluida, está el Índice de Capítulos, y despues entre las hojas que contienen la Division, á la segunda columna se lee: *Incipit Præfatio super primam Epistolam Cori* (a) **HIERONYMUS:** *Corinthii sunt Achayci, qui post conversionem multifariè sunt subversi: quidam à Philosophiæ verbosa eloquentia; alii sunt ad sectam legis Mosaycæ inducti. AMBROSIUS: In hac igitur Epistola: De estas dos autoridades de S. Gerónimo y S. Ambrosio se forma la Prefacion. Concluye: Explicit Præfatio.*

7. Sigue: *Incipit Expositio primæ Epistolæ ad Corinthios. PAULUS VOCATUS. GLOSSA: Id est, electus à Deo. APOSTOLUS CHRISTI JESU. Vel VOCATUS, id est, ab hominibus privilegio nominis dictus APOSTOLUS CHRISTI JESU PER VOLUNTATEM DEI, quod non Pseudoapostoli. AMBROSIUS: Non vocat se hîc servum, sicut in Epistola ad Romanos; quia potiùs hîc erat opus auctoritate, et commendatio-*

(a) Ad Corinthios debe leerse.

ne contra superbiam Corinthiorum, apud quos viluerat.

8. Acaba despues de veinte y seis hojas: *GLOSSA: Sequitur salutatio: GRATIA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI sit VOBIS, ET CHARITAS MEA sit CUM OMNIBUS VOBIS. AMBROSIUS: Id est, eā charitate vos invicem, vel Deum diligite, qua vos ego, vel Deum diligo. Et hoc facite non secundum amorem sæculi, sed IN CHRISTO JESU. AMEN. Hic sermo confirmatio est benedictionis. Explicit prima Epistola ad Corinthios.*

Expositores son: la Glosa, Remigio, S. Ambrosio, S. Agustin, S. Hilario, S. Gregorio, S. Gerónimo, el V. Beda, Rabano y Haymon. Tiene á la márgen muchas adiciones de S. Gregorio, y algunas de S. Agustin, S. Ambrosio, S. Hilario y la Glosa.

9. Antes de acabar la Exposicion de la Epístola primera *ad Corinthios*, se hallan dos hojas, que contienen la Division general y el Índice de Capítulos de la segunda. La Division empieza: *In primo Capitulo præmissa salutatione, et pro consolatione sue tribulationis, et patientie gratiarum actione:*

EPISTOLA II.  
AD CORIN-  
THIOS.

Si-

10. Sigue la Exposicion, que empieza así: *Incipit secunda Epistola ad Corinthios.*

**PAULUS APOSTOLUS JESU CHRISTI &c.**

**GLOSSA:** *In hac secunda Epistola Apostolus Corinthios incorrectos corrigit: correctos per primam Epistolam ad ulterio-  
ra inducit, et Pseudo cum sui commenda-  
tione deprimit, et se bonis tribulatis in  
exemplum patientiae proponit; et tandem  
moralem admonitionem subdit. Præmittit  
autem more solito salutationem, dicens:*

**PAULUS APOSTOLUS JESU CHRISTI, non  
usurpativè, sed PER VOLUNTATEM DEI,  
ET TIMOTHEUS FRATER. HAYMO:** *In  
fide, et socius in prædicatione.*

11. Acaba despues de catorce hojas:

**GLOSSA:** *GRATIA DOMINI NOSTRI*

**JESU CHRISTI. Id est, Christus gratis con-  
donans peccata, ET CHARITAS DEI, id  
est, Deus Pater charitatem dans, ET**

**COMMUNICATIO SANCTI SPIRITUS, id est, Spi-  
ritus sanctus, qui est communis Patri, et  
Filio, amborumque unio, SIT CUM OMNIBUS  
VOBIS. AMBROSIUS:** *Trinitatis hîc com-  
plexio est, et unitas potestatis, ut trium  
perfectio sit hominis in salutem. AMEN.*

*Explicit secunda Epistola ad Corinthios.*

Son

Son Expositores la Glosa, S. Ambrosio, S. Agustin, S. Juan Crisóstomo, Haymon y S. Gerónimo. Tiene á la márgen adiciones de S. Gregorio, S. Agustin, S. Ambrosio, la Glosa y Hugo.

12. Sigue en la hoja siguiente: *Incipit*

EPISTOLA  
AD GALATAS.

*Divisio generalis Epistolæ ad Galatas.*

*In primo capitulo post præmissam salutationem, subdit primò eorum increpationem, quia de Evangelio in legem se transulerant.* Despues está el Índice de Capítulos. La Exposicion en la hoja antecedente empieza así: *PAULUS &c. GLOSSA: In hac Epistola Apostolus Galatas, qui ab eo receperant verbum Dei, seductos post à Pseudoapostolis, ut in legem, et circumcisionem verterentur, revocat ad veram fidem.*

13. Sigue ocho hojas, y acaba: *EGO ENIM STIGMATA DOMINI JESU IN CORPORE MEO PORTO:: HAYMO: Stigmata ergo sunt notæ servilium pœnarum, quibus solent notari servi fugiti à Dominis comprehensi. Et beatus Paulus notas ferebat virgarum, et lacerationum, quas pro Christo sustinuerat. AUGUSTINUS: Et sic, quia ego habeo jam alios conflictus,*

et

*et certamina, quæ in persecutionibus, quas patior, mecum dimicant, non debet mihi fieri alia molestia. GRATIA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI CUM SPIRITU VESTRO sit o FRATRES. AMEN. HIERONYMUS: Per hoc verbum Hebræum vera esse, quæ locutus est, ostendit. Explicit Epistola ad Galatas.*

Son Expositores la Glosa, S. Gerónimo, S. Agustin, S. Ambrosio, Orígenes, S. Cipriano, S. Gregorio, S. Juan Damasceno, Rabano y Haymon, y á la márgen tiene adiciones de S. Gregorio, S. Agustin y el V. Beda.

14. Síguese: *Incipit Divisio generalis Epistolæ ad Ephesios. In capitulo primo post præmissam salutationem::* Luego está el Índice de Capítulos, y despues la Exposicion, que empieza: *Incipit Epistola ad Ephesios. PAULUS &c. GLOSSA: In hac Epistola Apostolus Ephesios, qui benè quidem perseveraverant, collaudat, in bonisque habitis confirmat, et ad ulteriora provocat, nec non ad humilitatem, et gratiarum actionem informat. HAYMO: Hæc autem Epistola penè omnibus difficilior est. Et sicut cor in medio corporis est, ita ip-*

EPISTOLA  
AD EPHESIOS.

*sa in medio corpore Epistolarum consistit. Dicit ergo: PAULUS APOSTOLUS CHRISTI JESU. GLOSSA: Non suis meritis, sed PER VOLUNTATEM DEI, scribit OMNIBUS SANCTIS exercitio virtutum, QUI SUNT EPHESI, ET FIDELIBUS fide recta, quæ est IN CHRISTO JESU.*

15. Sigue ocho hojas, y acaba: *GRATIA CUM: GLOSSA: Id est, et OMNIBUS, QUI DILIGUNT DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM IN INCORRUPTIONE. AMBROSIUS: Id est, in integritate fidei, ad similitudinem sponsæ, quæ non admittit corruptorem. GLOSSA: GRATIA SIT VOBIS IN INCORRUPTIONE, id est, in vita æterna, CUM OMNIBUS &c. ut supra. AMEN. Explicit Epistola (a) Eph.*

Son Expositores la Glosa, Haymon, S. Ambrosio, S. Agustin y S. Gerónimo, y á la márgen tiene adiciones de S. Gregorio, S. Agustin y S. Ambrosio.

16. Sigue la Division general y el Índice de Capítulos de la Epistola *ad Philippenses*. La Exposicion empieza: *PAULUS, ET TIMOTHEUS &c. AMBROSIUS: In hac Epistola Apostolus exhortatur Philippenses ad patientiam contra tribulationes,*

(a) *Ad Ephesios* debe leerse.

et

EPISTOLA  
AD PHILIP-  
PENSES.



*et ad constantiam contra Pseudoprædicatores. Dicit ergo: PAULUS, ET TIMOTHEUS SERVI JESU CHRISTI. AUGUSTINUS super Joannem: Sicut sunt duo timores, ita sunt due servitutes: una est cum timore casto, qua sic servi sumus, ut velut liberi simus; alia est cum timore, quem perfecta charitas foras mittit.*

Segue cinco hojas, y acaba: *GLOSSA:: GRATIA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI sit CUM SPIRITU VESTRO. Id est, cum ratione vestra, ut sana sit semper, et in spiritualibus abundet. AMEN.*

Los Expositores son: S. Ambrosio, S. Agustin, S. Gerónimo, Haymon y la Glosa, y tiene á la márgen adiciones de S. Gregorio, S. Agustin, S. Ambrosio y Hugo.

17. Sigue la Division general de la Epístola *ad Colossenses*, y luego el Índice de Capítulos. Despues se lee: *Incipit Epistola ad Colossenses. PAULUS &c. AMBROSIIUS: In hac Epistola Colossenses tentatos à Pseudoapostolis ut legis observantiam servarent, et Philosophicis disputationibus eorum simplicitatem irretire conantes, confirmat Apostolus in fide, et doctrina, quam ab ejus discipulis Archi-*

EPISTOLA  
AD COLOS-  
SENSIS.

po, et Epaphra acceperant; et in nulla re, nisi in Christo spem ponendam ostendit. Sigue quatro hojas y media.

18. Acaba: **GLOSSA::: SALUTATIO MEA MANU PAULI.** Scripta est, ut sciatiss missam Epistolam à me. Et antequam salutationem ponat, præmittit exhortationem dicens: **MEMORES ESTOTE VINCULORUM MEORUM.** **AMBROSIUS:** Id est, in mente habete qua causa patiar, quia scilicet solam fidem prædico. Hoc dicit ut tales se præbeant, pro quibus non aegrè ferat se pati injurias, vel ut similiter patiantur, vel ut pro eo orent, vel ut necessaria ministrent. Que autem sit salutatio, ostendit addens: **GRATIA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI sit VOBISCUM. AMEN. Explicit Epistola ad Colossenses.**

Expositores son: S. Ambrosio, S. Agustin, la Glosa y S. Gerónimo, y á la margen tiene adiciones de S. Gregorio, S. Agustin y S. Ambrosio.

19. Sigue la Division general y el Índice de Capítulos de la Epístola primera *ad Thessalonicenses* en una media hoja metida entre la misma Epístola. La Exposicion de ésta empieza: **PAULUS, ET SILVANUS &c.**

EPISTOLA I.  
AD THESSALONICENSIS.

GLOS-

**GLOSSA:** *In hac Epistola Apostolus Thessalonicenses, qui benè steterant, nec cessabant propter persecutiones, vel Pseudoapostolos, collaudat, et bonos ad perseverantiam, et correctionem eorum, qui inter ipsos reprehensibiles erant, hortatur.*

*Dicit ergo: PAULUS, ET SILVANUS, ET TIMOTHEUS. AMBROSIUS: Licèt autem sensus, et verba Epistolæ solius Apostoli sint; tamen quia hi coadjutores ejus fuerunt in Thessalonicis instruendis, et in profectu illorum paritèr gaudentes, etiam nominibus eorum præscribitur salutatio.*

20. Sigue tres hojas y media, y acaba: **FRATRES ORATE PRO NOBIS. SALUTATE:** **GLOSSA:** *Ex parte nostra, FRATRES OMNES IN OSCULO SANCTO, quod est signum dilectionis. ADJURO VOS PER DOMINUM, UT LEGATUR HÆC EPISTOLA OMNIBUS, SANCTIS FRATRIBUS: id est, in baptismo sanctificatis, vel perfectis. GRATIA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI sit VOBIS. AMEN. Explicit prima Epistola ad Thessalonicenses.*

Son Expositores la Glosa, S. Ambrosio, S. Agustin y Haymon, y á la margen S. Gregorio.

Si-

EPISTOLA II.  
AD THESSA-  
LONIGENSES.

21. Sigue la Division general y el Índice

de Capítulos de la segunda Epístola *ad Thessalonicenses* en un pedazo de pergamino metido entre las últimas hojas de la primera Epístola. La Exposicion de esta segunda empieza: *PAULUS &c. GLOSSA: In hac Epistola Apostolus bonos, et quietos monet ad patientiam, inquietos corrigit, et obscure dicta in prima Epistola aliquatenus aperit, et de ultimis temporibus eos instruit.*

22. Sigue dos hojas y media, y acaba:

*GLOSSA: :: SALUTATIO MEA MANU PAULI. Scripta est, QUOD EST SIGNUM IN OMNI EPISTOLA. ITA SCRIBO: HAYMO: Quomodo? GRATIA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI CUM OMNIBUS VOBIS. AMEN. AMBROSIUS: Propter adulteratores Scripturarum manu sua in fine omnium Epistolarum salutationem se subscribere testatur, ut sub nomine ejus nulla Epistola accipiat, quæ non fuerit manu ejus subscripta. Explicit secunda Epistola (a) Thessalonic.*

Expositores son: la Glosa, S. Agustin, S. Ambrosio y Haymon, y á la márgen S. Gregorio.

23. Síguese: *Incipit Epistola prima*

(a) *Ad Thessalonicenses* debe leerse.

*ad*

*ad Timotheum.* Despues la Division general y el Indice de Capítulos en un pedazo de pergamino entrometido en la misma Epístola. La Division general empieza: *In primo capitulo præmissa salutatione, monet ad Pseudo legem prædicantium impulsionem.* Empieza la Exposicion: **PAULUS APOSTOLUS CHRISTI JESU &c. HIERONYMUS:** *Timotheus autem hic fuit filius mulieris fidelis, patre Gentili: quem Paulus voluit secum proficisci, et circumcidit eum propter Judæos, qui erant in illis locis. HAYMO:* *Eratque eruditus tam in divinis Scripturis, quàm liberalibus artibus. AMBROSIUS:* *Creavitque eum Apostolus Episcopum Ephesiorum, et in hac Epistola instruit eum de Episcopalis dignitatis officio, scilicet quomodo Pseudoapostolis resistat, quomodo Ecclesiam instruat, quales ordinet, quales viduas honoret, quomodo Ecclesiam regat, et quomodo corrigat. Dicit ergo: PAULUS APOSTOLUS CHRISTI JESU SECUNDUM IMPERIUM. GLOSSA:* *Id est, secundum (a) justitiam, et voluntatem DEI Patris, SALVATORIS*

EPISTOLA I.  
AD TIMO--  
THEUM.

RIS

(a) *Jussionem* se lee en la Glosa.

RIS NOSTRI. *HAYMO: Quia mittendo Filium salvavit nos. ET JESU CHRISTI SPEI NOSTRÆ: id est, per quem speramus gloriam, quia sicut ipse resurrexit, et ascendit in Cœlum, ita per ipsum speramus resurrectionem, et gloriam æternæ beatitudinis.*

24. Sigue seis hojas y media, y acaba: *GLOSSA:: O TIMOTHEE, DEPOSITUM CUSTODI, quod Deus, et ego tibi commendavimus: DEVITANS, ut possis idem custodire, NOVITATES VOCUM. AUGUSTINUS super Joannem: Non omnes, sed PROPHANAS, scilicet quæ sunt contra religionem. Aliæ verò novitates non sunt vitandæ, sicut nomen Christianum, quod fuit primò impositum in Antiochia, et nomen homousion, quod Patres contra Arrianos condiderunt, sed non rem novam tali nomine significaverunt. ET, GLOSSA: Devitans OPPOSITIONES FALSI NOMINIS SCIENTIÆ, id est, quæ falso nomine scientiæ dicitur: QUAM scientiam QUIDAM PROMITTENTES: AUGUSTINUS: Qui fidem quasi imperitiam rident. CIRCA FIDEM: GLOSSA: Semper manentes, et nunquam intus, EXCIDERUNT à fide. AUGUSTINUS:*

Ni-

*Nihil enim sic amant isti, quam scientiam promittere, et fidem rerum verarum, quas credere parvuli precipiuntur, velut imperitiam deridere. GLOSSA: Ut autem hæc custodias, GRATIA sit TECUM. AMEN. Explicit prima Epistola ad Timotheum.*

Expositores son: la Glosa, Haymon, S. Gerónimo, S. Ambrosio, S. Agustin, S. Cipriano, S. Juan Crisóstomo y Hugo, y á la márgen S. Gregorio y S. Ambrosio.

25. Antes de acabarse la Epístola primera, están en un pedazo de pergamino la Division general y el Índice de Capítulos de la segunda. La Exposicion de ésta empieza: *PAULUS &c. GLOSSA: In hac Epistola Apostolus exhortatur Timotheum ad diligentem executionem sui officii, et ad palmam martyrii, et de obitu suo, et de officio Episcopali, et de temporibus novissimis.* Sigue tres hojas y media, y acaba: *GLOSSA: :: DOMINUS JESUS CHRISTUS sit CUM SPIRITU TUO. Et cave ne admonitus irascaris; sed potius GRATIA sit VOBISCUM: id est, maneat vestra dilectio. AMEN. Explicit secunda Epistola ad Timotheum.*

Expositores son: la Glosa, S. Ambro-

Aa

sio,

sio , Haymon , Remigio , S. Agustin y S. Juan Crisóstomo , y á la márgen tiene adiciones de S. Gregorio y S. Agustin.

EPISTOLA  
AD TITUM.

26. Siguen en un pedazo de pergamino la Division general y el Índice de Capítulos de la Epístola *ad Titum*. La Exposicion empieza: *PAULUS &c. AMBROSIIUS: Hanc Epistolam scripsit Apostolus de Nichopoli Tito, quem Cretæ Episcopum instituerat, ex humilitate, et simplicitate nimis patienti, suadendo ei de Episcopali officio imperiosè, et potestativè tractando. GLOSSA: Debet enim Pontifex habere maternam pietatem, et patris severitatem, ut sit fortis superbis, et suavis modestis.* Sigue dos hojas y una columna , y acaba : *GLOSSA: :: SALUTA EOS, QUI NOS AMANT, non fictè, sed IN FIDE, id est, fideli affectu. GRATIA DEI sit CUM OMNIBUS VOBIS. AMEN. Explicit Epistola ad Titum.*

Los Expositores son : la Glosa , S. Ambrosio , S. Gerónimo , S. Agustin y S. Juan Crisóstomo , y á la márgen S. Gregorio y S. Agustin.

27. Siguen la Division general y el Índice de Capítulos de la Epístola *ad Phi-*

le-



lemonem en un pedazo de pergamino. La Exposicion empieza: **PAULUS** &c. **GLOSSA**: *In hac Epistola scribit Apostolus Philemoni, ut parcat Onesimo servo ejus, qui cum ipsius damno fugerat, sed recurrentem ad Apostolum in custodiam existentem Paulus baptizaverat, videns in eo utilitatis spem. Dicit ergo: PAULUS VINC-TUS JESU CHRISTI: id est, pro Jesu Christo, quod nomen humilitatis est potiùs, non autem dicit Apostolus, quod est nomen dignitatis, quia non imperat, sed orat. AM-BROSIVS: Quamvis sicut peccati causa vinciri opprobrium est; sic pro Christo custodia vincula sustinere maxima gloria sit.*

28. Sigue tres columnas, y acaba: **AM-BROSIVS**::: **SIMUL AUTEM ET PARA MI-HI HOSPITIUM: NAM SPERO PER ORATIONES VESTRAS ME DONARI VOBIS. Hoc dicit ut magis obediat, solent enim absentes contemni. CHRYSOSTOMUS: Jocosum videtur verbum, ut homo pauper diviti mandet ultra tot terrarum hospitia per Epistolam preparationem hospitii. Quid enim pro eo parandum erat, qui pane, et pulmento vili contentus erat? SALUTAT TE EPA-PHRAS CONCAPTIVUS MEUS IN CHRISTO JE-**

*SU, MARCUS, ARISTARCHUS, DEMAS, ET  
LUCAS ADJUTORES MEL. GRATIA DOMINI  
NOSTRI JESU CHRISTI CUM SPIRITU VESTRO.  
AMEN. Explicit Epistola ad Philemonem.*

Los Intérpretes son : S. Ambrosio , la  
Glosa , S. Juan Crisóstomo y Haymon.

29. Sigue la Division general de la Epís-  
tola *ad Hebræos* , y empieza : *In primo ca-*

*pitulo ostendit primò Christi excelentiam,  
et dignitatem.* Luego sigue el Índice de Ca-  
pítulos , y despues se lee este Título : *In-*

*cipit Præfatio in Epistolam ad Hebræos.  
MULTIFARIAM. HIERONYMUS: Hanc  
Epistolam Pauli Apostoli fore nullate-*

*nus ambigendum est , quam quidem He-  
braica lingua scripsit , licèt cæteras Epis-  
tolas Græco sermone composuerit.* Sigue ca-  
si una coluna entera , y acaba : *Explicit Præ-*

*fatio.* Fórmanla S. Gerónimo , Nicolao y  
la Glosa.  
30. Síguese : *Incipit Expositio. MUL-*

*TIFARIAM. GLOSSA: Id est , multotiens,  
seu multis locutionibus , scilicet Abrahæ,  
Isaac , Jacob , et cæteris , et MULTIS MO-*

*DIS , id est , multis qualitatibus , quia mo-*

*dò per somnia , ut Danieli : modò per aper-*

*tas voces , ut Moysi : modò interiori ins-*

pi-

*piratione, ut David.* Sigue diez y nueve hojas, y acaba: **GRATIA. CHRYSOSTOMUS: Id est, purgatio peccatorum, et alia Dei munera sint CUM OMNIBUS VOBIS. AMEN. Explicit Expositio super Epistolam ad Hebraeos.**

Son Expositores S. Gerónimo, la Glosa, S. Juan Crisóstomo, S. Agustín, S. Hilario, S. Ambrosio, Remigio y Haymon, y á la márgen tiene adiciones de S. Gregorio, S. Agustín, el Crisóstomo y S. Ambrosio.

31. Siguen en dos medias hojas el Índice de Capítulos y la Division general de la Epístola de Santiago. Despues se lee este Título: *Incipit Prefatio in Epistolas Canonicas. HIERONYMUS: Jacobus, Petrus, Joannes, Judas septem Epistolas ediderunt tam mysticas, quàm succinctas, et breves pariter, ac longas: breves in verbis, longas in sententiis, ut rarus sit, qui non in earum lectione cecutiat.* Sigue columna y media, y la forman S. Gerónimo y la Glosa, y concluida, dice: *Explicit Prefatio.*

EPISTOLA  
DE SANTIAGO.

32. Despues: *Incipit Epistola Jacobi. cap. I. JACOBUS DEI, ET DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI SERVUS, DUODECIM TRI-*

BU-

